

Deus super omnia amandus quatuor ex causis: 1. Quia est Creator cordis, quod est fides amoris. 2. Quia cor est imago Dei Creatoris. 3. Quia Deus est finis hominis. 4. Quia est summum Bonum. C. Deut. 6. v. 5.

Modus laudandi Deum est multiplex: 1. Celebrando illum hymnis & verbis. 2. Abstinentia a peccatis. 3. Insistendo sanctis actionibus virtutum. 4. Studendo perfectioni & heroicis operibus. 5. Medicando infinitam Dei excellentiam. 6. Invitando alios ad laudem Dei. 7. Patienter adversa, ipsamque mortem pro Deo. C. Imaiz. 12. v. 14.

Laud Dei officium est, & vita Argessorum, ait S. Basilus. Et Bernardus: Nihil ita proprie in terris representat celestis habitatorum statum, sicut alacritas laudantium Deum, dicente Scriptura: In secula seculorum laudabunt te! C. in Apoc. 6. v. 12.

Laud Dei maxima in hac vita est plena resignatio in Divinam voluntatem; hinc S. Paulus in suis loquelis & Epistolis, quidquid agere cogitabat, semper addidit: Si Deus voluerit! v. g. Veniam ad vos, si Deus voluerit! hunc loquendi modum familiarem sibi habuere Judaei, gentes, & primi Christiani, imo omnes habere deberent, qui veri sunt Christiani. C. Jac. 4. v. 15.

CARITAS DEI.

Seu Dilectio erga hominem.

33. Amat hominem ab aeterno.

In caritate perpetua dilectio. Ubi S. Bonaventura: Bene dixit in caritate perpetua, dilexit enim, antequam tu, vel aliquis homo, vel angelus, vel caelum, vel terra esset. B. Ser. 20. n. 9. & seq. Deus dicitur conglutinatissimus esse cum populo Israel, quod verbum significat vehementiam amoris, ait Corn. a Lap. S. pun. 157. fol. 508.

Caritas, qua Deus dilexit hominem plane ex multiplici capite est admiranda: Primo. Quia amavit hominem non quia erat bonus, sed quia ille cupiebat facere bonum, cum fare in modum quo statuarius sitam perambulans truncum eligit non quia deformis est, sed quia vult facere elegantem. Secundo. Quia amor suus perpetuus & Deo coaevus, ab aeterno iam cogitavit de me, de te, de

omnibus singularem: Quis autem non commoveatur erga aliquem, qui etiam inficior apud Principem faveo &c. Tertio. Quia una cum hac caritate perpetua iam ab aeterno decrevit, & preparavit media salutis. Quarto. Quia non desinit trahere etiam nolentem, & refractarium &c. Seg. Manna 19. Feb.

Caritas Dei elucet singulariter ex mysterio Incarnationis, quia quasi impatienter expectavit Dominus illud tempus, quo posset cum hominibus conversari. Paolotti Festo Nativitatis Domini.

Ignis Spiritus Sancti & caritatis est symbolum: 1. Ignis est quasi omnipotens, quia ferrum & metalla emollit. 2. Si hostis est, terribilis & formidandus & ut patet in incendiis, & fulminibus, si vero amicus beneficis est; nam cibos coquit & calefacit. 3. Nunquam est otiosus, sed vividus & adivus. 4. Ab omni alia re purissimus est &c. Ita Deus in omnibus. C. Levit. 9. v. 23.

14. Erga hominem est admirabilis.

Cum Deus omnes creaturarum perfectiones eminenter in seipso contineret, mirum est, quod aliquod amaret extra se: Proinde Apostolus dedit quatuor dimensiones hujus amoris, quae non quidem in hac, sed in altera vita intelligemus: Ut possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quae sit latitudo, longitudo, & sublimitas & profunditas. Latitudo amoris Divini complectitur omnes indifferenter homines, etiam peccatores. Longitudo est ab aeterno usque in aeternum, sublimitas tanta, ut etiam filium suum dederit. Profunditas tanta, ut dederit illum ad ignominias, dolores, & crucem &c. Seg. Manna 25. Martii.

Quid est homo comparatus ad Deum? Minus est, quam vermiculus terrae comparatus ad Regem! & tamen Deus adeo curam gerit hominis, ac si magna pars suae felicitatis ab eo dependeret! Novum choros Angelorum in caelis relinquat, & in terram descendit, ut hominem lapsum redimeret. Imo de hominibus etiam particularibus tanquam de rebus caelestibus: Jacobum contra Fratrem in itinere descendit. Moysen contra amicos & detractores protexit. Vocis locustae dicens: Sed contra Gabaon ne moveare, obediit &c. Hinc etiam ad preces ferventium votum laetiae flecti permittit: Abrahamo.

homo pro Sodomitis roganti, & quasi importuno semper benigne respondit. Ad Moysen pro populo orantem dixit: Dimitte me, ut irascatur furor meus; quasi a creatura, tenere amata, stringi & teneri posset. G. c. 3.

Admirabilitas Beneficentiae Divinae erga hominem elucet: 1. Ex Majestate amantis & largientis; quid enim majus Deo, qui infinitus transcendit homines & angelos? 2. Ex vilitate hominis, cui Deus beneficit, quia vermiculus terrae, peccator, ingratus, carnalis est. 3. Ex largitate, qua praevinit hominem, & ultro illi offert sua dona, gratiam, gloriam, Angelicam custodiam. 4. Ex fine, quia homini largitur sua dona, ut illi bene sit, non Deo; Deus enim non indiget homine. 5. Ex modo quo se communicat homini, ut illum heredem, & coherentem Christi faciat. &c. C. in Jac. 1. v. 5.

In hac philanthropia, seu singulari Dei amore in nos multa sunt admiranda: 1. Quod ab aeterno nos amat, ille, qui est Deus, summa Majestas & felicitas, qui in se omne bonum habet, ita ut nobis, aut alia re non indiget. 2. Quod non necessario nos amat, sicut amat Filium & Spiritum Sanctum, sed proflus libere. 3. Quod nos amet sine ulla commo- do aut utilitate. 4. Quod hominem amet, in quo nulla praesertit ratio, nullum meritum, sed potius multa demerita. 5. Quod dilexerit eos, quos praefixit vit fore ingratos, imo hostes suos. 6. Quod amor hic Dei non ex ignorantia, aut passione procedat, sed cum summa sapientia conjunctus sit. Haec autem sapientia Dei diligentem hominem peccatorem, & miserum non in eo consistit, quod homo sit obiectum diligibile per se, sed omnis ratio amandi est ab ipso Deo, qui diligit nos propter se, quia summe bonus est, ita, ut bonitatem & liberalitatem suam in nos omni dilectione indignos effunderet velit. C. in Ep. ad Tit. c. 3. v. 4.

Aquila est symbolum Dei. In quo? An quia est Regina avium? aut quia longeva & fecunda? aut quia est simulacrum solis, quem immobilis oculis aspicere Praecipue ideo, quia singulari amore pullos tuetur: In excelsis locis nidum collocat, ne coluber satus violet: Ametum quoque in nido collocat, quo omnia venena superantur. Ita Deus pari amore creaturas suas prosequitur, & tuetur, ne dabo diabolus illis noccat, lapidem ponit

in fundamentis Sion, quo hostium insidiae franguntur. C. Deut. 32. v. 11.

BENEFICIA DEI ERGA HOMINEM.

15. Sunt voces, quibus Deus ad se vocat.

Abrahae & Moysis amorem lucratur Deus per beneficia. S. pun. 150. fol. 470.

S. Gregor. ait: Vocat nos aliquando Dominus per mundi prospera, aliquando per adversa. Querit S. Ambros. cur huic ager fructificet, qui nec granum meretur, & respondet, quod Deus per ipsam abundantiam vocet. In hunc sensum de fe dicit Augustinus: Ego te offendebam, & tu me defendebas, ego te non timebam, & tu me custodiebas &c. S. punct. 98. f. 299.

Exploratores illi ad Rahab: An fenestra, per quam coecaveratis nos. Quali dicit, beneficium, quod a te accipimus, conatenavit cor nostrum. Et in hunc sensum sponsa: Dilectus meus mihi, &c. illi &c. S. pun. 91. f. 236.

In funiculis Adam trabam eos, in vinculis caritatis. Haec vincula caritatis sunt beneficia, quibus cor hominis strahitur ad redamandum. C. Ofec. 14. v. 4. Tuniculus triplex, Creatio, Redemptio, Sanctificatio. Quamquam beneficia Dei communia sint, respicienda tamen, & accipienda sunt, ac si essent particularia seu privata. Sic S. Paulus ait: Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. An ergo non pro omnibus traditus est? omnino respondet Chrysostramus, sed peculiare hoc est amoris, ut ex communibus propria faciat. S. pun. 156. f. 507.

Quantum beneficium remissio peccatorum? hinc Ezechias rex Juda dixit: Dominus Bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum, & non imputabit eis, quod minus sanctificati sunt.

16. Obsurgunt animos ad gratitudinem.

S. Vincent. Ferr. ait, illum diem, quo accipimus beneficium, aureo lapillo notandum esse: Hanc memoriam petitis Deo ab Israelitis ex Aegypto liberatis, & a sponsa &c. S. pun. 155. f. 499.

Rex ille habebat annales, quibus quotidiana beneficia conscripsit: Scribe & tu, quoties te Deus liberaverit a morte, a pe-

B. Bern. Serm. 11. in Cant.

in Cor. 4.

Invenit. S. Bonav. 147. 2. Ferr. in 2. 200.

Invenit. in 1. 65.

S. Ambros. Serm. 22.

S. Aug. in Joh. 1. 23.

Cant. 11.

Ofec. 14.

Gat. 11.

S. Chrys. in 2. 34.

2. Par. 30.

S. Vincent. Ferr. de Virg. in 2. 200.

a periculis, a peccatis &c. S. punct. 156. fol. 507.

Gen. 24. Laban cum vidit inausas & armillas, quæ servus Abraham dedit Rebecca forori suæ, mox illum hospitio recepit, inquitens: Ingredere Benedicte Domini!

Gen. 41. Rex Pharao Josephum pro expositione somni magnifice exaltavit.

Isae 6. Josue valde sollicitus fuit pro muliere Raab, ne in expugnatione Jericho illi mali quid fieret: quia abscondit munitos.

Joseph ad nefas sollicitatus responderet, quomodo possum hoc malum facere tot beneficiis affectus? hinc beneficia dicuntur, surta cordium. S. punct. 156. fol. 502. Illa sponsa nunquam oculos averte a sponso, qui eam sua vita voluit & captivitate liberare. Ibid. f. 503. Abraham propter promissionem Divinam extruxit altare, & Noc propter liberationem et diluivo. Ibid. fol. 504. C. Gen. 39. v. 9.

Judic. 8. Cum Gedeon liberasset Israelæm ab inimicis, dixerunt omnes ad eum: Domine nostri, tu, & filius tuus.

Nec momento vivimus sine beneficio Dei conservantis: quæ ergo gratitudine compensabimus tot beneficia? Audi Chrysostrum: Optima beneficiorum cultos est ipsa memoria beneficiorum, & perpetua confessio gratiarum.

S. Chryf. in Matth. Hom. 25.

17. Aggravant reatum peccati.

Christus in Galilæam transiens, ibi in urbe Capharnaum prædicationem suam de regno Dei, contra vitia civium exorsus est: Ibi conducta domo confertam populi multitudinem docuit, paralyticum curatum a peccatis, dein a paralyti verbo curavit: Duobus cæcis visum reddidit: Dæmoniacum mutum loquelam restituit: Servum Centurionis sanavit: Hæmorrhoidis fluxu sanguinis liberavit: Jairo filiam a mortuis excitavit: Verum cum incolæ divitiis & fastu tumidi, ad poenitentiam non commoverentur, hanc in eos sententiam detonavit: *Et tu Capharnaum, quæ usque ad cælum exaltata es, usque ad infernum demergeris. Quia si in Sodomis scilicet fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, forte mansissent usque in hanc diem: Verumtamen dico vobis, quod Sodomis remissus erit in die Judicii, quantitas. C. in Matth. 4. v. 12.*

Hinc peccata Christianorum cæteris paribus graviora sunt, quam infidelium;

quia plura a Deo beneficia receperint: Cum satellites ab impio rege missi Eilam capere volebant, eumque salutariter: *Homo Dei!* Elias flammam fulminis de cælo evocavit, eosque peremit: Quare? quia scire illum esse *Hominem Dei*, & tamen illi violentas manus inficere, gravissimum erat, quam si id necessitas. Par ratio se habet de peccatis Christianorum, qui per domum fidei Deum agnoscunt & tamen offendunt. S. punct. 19. f. 70.

Beneficium Creationis.

18. Quantum obstringat hominem Deo.

Deus dedit substantiam, vitam, animam, voluntatem liberam, corpus, sensus &c. Quomodo hæc rependis datori? B. Ser. 20. §. 3.

Sanctus Bernardus ait, tam magnum hoc donum est, quam magna res est homo &c. Et quidem tanto liberalius, quia nihil ante potuisti promereri. Si quis oculum, aut pedem factum tibi reparet, quantum illi debes? Et quid rependes Deo pro toto te ipso? S. punct. 149. fol. 465.

Deus dedit homini esse paulo minus exaltatum ab Angelis, id quod fufe expendit S. Aug. apud S. punct. 149. f. 466, & 502. Deus dedit homini in creatione plurimas excellentias, ut quod sit imago Dei, quod sit causa mundi conditi, quod sit rector & Princeps animalium. &c. C. in Gen. 1. v. 26. f. 55.

Si homines antea in littore maris arenæ fuissent, & dein humana substantia donati, quantum obstringerentur Deo. Plus ergo nunc obstringantur, cum ex nihilo fuerint educti. P. 2. dif. 2. n. 3. Atque hæc creatio firmat Dominium excelsum Dei supra homines. Rex Augustus noluit vocari *Dominus*; & recte, quia Deus solus est Dominus; Reges enim ad summum dominantur supra actiones externas subditorum &c. P. 2. dif. 2. n. 4.

Animalia ab hominibus periculo mortis erepta immensam gratitudinem erga creatores suos spirant: quanto majorem spirare debet homo erga Deum ex nihilo suo, in quo ab omni æternitate delituit, ereptus: Considera teipsum, quantus sis corpore & anima, hæc omnia habes a Deo creatore. Vide Tir. *Gratitudo.*

Qualis artifex, tale & artefactum: Quævis arbor, talis & fructus: Ita qualis est Deus

S. Bern. in psal. qui habitat.

S. Aug. in Ser. 27.

Deus creator: Talis & homo creatus, participans Divinas perfectiones, juxta illud: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram &c.

Beneficium Conservationis.

19. Elucet ex eo, quod Deus omnia creaturæ in utilitatem hominis.

S. Bern. in psal. qui habitat.

Qui dedit, ut esses, adiecit etiam, unde subsisteres, ait S. Bernardus, vis scire quanta sit liberalitas Dei erga te, circumspice mundum, quanta largitas est ad sustentationem, ad eruditionem, ad correctionem, ad delectationem? S. pun. 149. f. 465.

Omnia subiecisti sub pedibus eius, ait Psalmista, nimirum, ut nobis servient, & tanquam navis nos perducerent ad felicitatem. B. Ser. 20. §. 4.

Deus non est sicut architectus, qui confecta domo potest recedere: Sed continuo opus suum debet conservare &c. P. 2. dif. 2. n. 6.

Petrus de Victoria primus totum mundum circumnavigavit: Ex ducentis autem personis, quas secum sumperat, tantum septendecim reducit. O quam felices se reputabant isti, quod præ omnibus aliis sint conservati: Ita tu æstima beneficium conservationis.

Cum Christus Lazarum excitavit, lapis debebat revolvi: Cur? an non potuit Christus eum evocare per lapidem? potuit; sed Lazarus debebat evocari aperto sepulchro, ut possit retrospicere, & eos videre, qui in sepulchro relinquuntur. B. Ser. 86. n. 22.

S. Augustinus ait: Creatoris Omnipotentis Omnipotentia est causa subsistentiæ omni creaturæ, quæ virtus si cessaret, simul omnium rerum species & natura concideret. C. Gen. 2. fol. 62. P. 2. dif. 2. n. 6.

Nunquam vidisti armaamentarium in urbe munita? En! quantus apparatus armorum tam offensivus, quam defensus! hic machinæ curules, tormenta, fistulæ aeneæ, globi, pulvis pyrius ad offendendum, hæc altera parte lorica, scuta, gladii, lanceæ ad defendendum. Quis satis describat commeatum, frumenta, panes, carnes, aliaque utensilia in innumerabili multitudine aservata? Ad quid hæc omnia? ad conservationem urbis, ad sustentationem militis. Jam aspice

creaturas omnes in cælo & interra, solem, lunam, sydera, elementa, animalia, fruges, Ad quid hæc omnia? ad servitium, & conservationem hominis.

Beneficium Redemptionis.

20. Quantum obstringat hominem Deo.

Dei Filius immensam dolorum Hincdem pro te passus est: Quid illi vicissim debes? Tertullianus ait: *Sanguinem sudisti, sanguinem debes.* Et cum quidem hi omnes dolores debebantur tibi, ille in se suscepit: Dicit: *Portavi vos super alas aquilarum.* Cur aquilæ se comparat? quia hæc volucris pullos suos in tergo portat, ut sagittæ venatorum pecunia in se, quam in pullos penetrant &c. B. Ser. 20. n. 22. 23.

Pellicanus suo sanguine pullos ad vitam revocat, sed si ingrati sint, e nido eicit. B. Ser. 61. n. 4.

Salvus factus es de nihilo, non pro nihilo: Gratis hoc præstitum est, sed gratis, quod ad te pertinet, nam quod ad illam plane non gratis &c. S. punct. 149. f. 456.

Captivi erant apud Syrum Regem duo sponsi, quorum sponsum ad Regem adductos interrogatos fuit, quid persolvere vellent, si sponsa libertate donaretur: respondit ille: se vitam daturum. Tum cum sponsa dimissus, dum Cyri magnificentiam laudat, sponsam interrogat, quid illa maxime mirata eset? respondit illa: Nunquam dimovi oculos ab eo, qui dixit pretio animæ suæ me redempturum. O quam longæ magis nos tenemur oculis fere in eo, qui te ipsa nos redemit. S. punct. 156. f. 503. T. n. 363.

Si mancipium tuum crimen infidelitatis committeret, diceres ipsi: Nebulo qua fronte me offendis? An necis, quod meo te pretio emerit? Ita Deus ducere nobis potest &c. D. 6. 26.

Gratiam fideiussoris ne obliviscaris. *Eccl. 29.* Christus Dominus cum cerneret, te non esse solvendis debitis, ultro illa in se recepit, & satisfacit immensis doloribus, & morte sua. Quantum beneficium! si omnes Angeli mortui essent, istud obsequium minus esset offensum. Opus erat persequi digniore, & ideo Dei Filius se Patri in sponforem obtulit. Quid sequitur: S. David ait: *Omnes gentes serviant ei, quia liberabis pauperem a potente &c.*

Tertul. de an.

Xenoph. 2. de is. h. c. 3.

S. Aug. quæd. cont. ex 90.

Plat. 49. Hoc

Hoc beneficium profusum fuit gratuitum, quia Christus nullo modo erat obstrictus. In humanis fidei iustitia datur pro amico, qui putatur capax fore ad solvendum: At Dei Filius scivit hominem non esse capacem. Insuper fidei iustitiam hanc prestavit abundanter: *Ubi abundavit delictum, superabundavit gratia.* Quid tu? id agere debes, quod pauper debitor, in cuius favorem amicus fidei iustitiam: Debes agnoscere beneficium, dein operam adhibere, ut e tuo nihil praestes censum, & cum mori non potes fidei iustitiam, saltem illi totus vivere &c. Segn. Manna 11. Junii n. 1. & 2. feq.

Principi cuidam non posset major animi dolor obvenire, quam si e longinqua regione reversus cereretur sponfam suam cum amatore extraneo thalamum violare. Quid si amator ille esset hostis suus capitalis? Quid si sponsa e villi statuta assumpta? &c. Ita beneficium Redemptionis aggravat peccatum. Segn. Manna 10. Julii n. 1.

Leo a serpente liberatus continuo sequitur suum Redemptorem, & maretrahentem etiam natando sectatur, donec defatigatus mergitur. Quid tu facis Christiane ab infernali serpente liberatus? R. cent. 3. p. 2. mir. 39.

*Non corruptibilibus auro, sed argento redempti sumus;* aurum non est aliquid nostrum, sed Deus pro homine dedit aliquid sui, imo fe totum. Infinito pretio nos redemit. Elegit mortem crudelissimam, ignominiosissimam, & insuper ardentissimo flagrabat desiderio plura patienti. Segn. Hom. Chr. p. 2. disc. 2. a. n. 11. & feq.

S. Bernardus ait: *Si totum me debeo pro me facto, quid addam pro me iam redempto.* Redimere est rem perditam recuperare, unde redemptor eam duplici titulo possidet. Igitur Christus redemit hominem, ut ille iam non sequi possit propriam libidinem, per redemptionem factus est novus chirographus proprietatis. &c. P. p. 2. disc. 2. n. 9. 10. &c.

Specialiter sunt observanda in Redemptione: Redemptos nos esse ex servitute diversissima. Redemptos esse pretio superabundante. Redemptos esse tam excessivi amoris modo. Quanta vicissim nostra obligatio? &c. P. 2. disc. 2. n. 16.

Ex beneficio Redemptionis singulariter elucet Caritas Dei erga hominem, quia non potuit quasi Deus expectare tempus,

quo cum hominibus posset conversari. Paoletti Festo Nativitatis Domini.

Beneficium Vocationis ad fidem.

21. Quantum obstringat hominem Deo.

S. Augustinus ait: Video innumerabilibus hominibus negatum, quod mihi gratulor concessum. B. Ser. 20. §. 6.

Christus dum excitavit Lazarum, aperiri voluit sepulchrum, ut isretrospectiens ossa eorum intueri possit, qui in mortis tenebris relicti sunt: O Christiani! intuitimini tota regna, quae in sepulchro infidelitatis jacent. B. Ser. 40. n. 4. &c.

Dum aqua piscinae probatice movebatur ab Angelo, tantum unus agrotatorum ibi commemorantium sanabatur: Quanta felicitas illius hominis, qui ante alios omnes sanitatem recuperabat. Ita a pari discurrendum est de vocatione ad fidem ante millem alios obventa. D. 4. 78.

Abdolonius ruri in vita solitaria hortum colit, & repente legatis Alexandri afferentibus regni insignia in regem Sidoniam evehitur. Haec eadem gratia tibi evenit mihi Christiane &c. D. 5. 1.

In Persia quidam populi adorant vaccas: Felicissimos fe reputant, si moribundi caudam vaccae in manibus habere possint: Illius excrementis quasi balsamo fe in facie illinunt. VV. art. disc. font. 40. ex. 8. O quantum Deo obstricti sumus, quod nos ab his nugis praeservavit.

In Insula Teneriffa & Gran Canaria, quae ex fortunatis sunt maximae, cum Christophorus Columbus advenit, homines velut bruta incedebant nudi. In Insula Canibatorum homines feri vescebantur carnibus humanis: incedunt aequo nudi, & e vicinis locis hominum praedas agunt, impubes velut capones faginant, adulterum carnes sale confersas conservant. Mulieres non comedunt, sed ad prolem, velut nos gallinas aservant. Quanta infelicitas. Surii comment. fol. 6. & 7.

Americus Vesputius versus polum Antarcticum navigans ad Insulam venit, ubi homines immaniores brutis cum passim ex montibus viri & feminae ad litus maris advennerunt. Lusitani juvenem miserant, qui eos blanditiis ad pacem & amicitiam invitavit. Verum una mulierum juvenem retro percussit & occidit, mox aliae involantes casum

in frustra fecerunt, asarunt, & devoraverunt. Dein Viri arcibus & sagittis navim persecuti, explosione quatuor tormentorum in fugam acti sunt. Surius comment. f. 18.

Deus longe maius beneficium nobis exhibuit per vocationem ad fidem, quam Judaeis per vocationem ad Legem Moysaica: quia per Evangelium plurimis ex rationibus praestantius est. C. in Proemio in Evangelia. Vide titulum Christi: *Est Magister noster.*

Beneficium Justificationis.

22. Quantum obstringat hominem Deo.

DE tribus Magis ad praesepe Domini vocatis dicitur illud, quod & de quovis peccatore converso dici potest: *Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux.*

Ab initio creationis terra erat inanis & vacua, donec facta est lux, ita, inquit, Augustinus, nihil inanius est anima peccatrice, *incomposita, inordinata, est, donec gratia lumen oritur.* S. pan. 153. fol. 498.

Petrus erat vinculus obscuro carcere, & ecce! Angelus Domini excitator & adiutor adfuit: Status peccatoris hic est, qui catenis Passionum stringitur, venit Angelus, gratia lumine carcerem mentis illultrat, inspirationibus latus percutit, ait S. Vincent. Ferr. O beneficium! merito dies illa, qua quis novam vitae rationem instituit, auro lapillo notanda est: Tali die dante Deo penitentiam agere ceperit: tali die peccati jugum excussit: Diabolus servitutum reliquit, in amicitiam Dei rediit &c. S. pan. 155. f. 499.

Deus petit ab Israelitis, ut recordarentur durae captivitatis sub Pharaone. Hora septima reliquit eum febris, luxuria, superbiam, ira &c. Tali tempore, tali occasione, conclone &c. S. pan. 155. fol. 499.

Tu non prior eras, qui Deo manum porrexit, ille prior porrexit tibi: Quomodo prostrando, ut illum legeres librum spirituales, ut illi interesset conconi, illud cereres probitatis exemplum. Quam parum igitur abfuit, ut illum librum non legeres, illi conconi non interesset, illud exemplum non videres, tam vere potes dicere: *Nisi quia Dominus adjuvit me, paulo minus babi-*

*lisset in inferno anima mea.* Segn. Manna 14. April. n. 3.

Deus per beneficium justificationis multiplex beneficium homini confert, uti enumerat S. Bernardus, nam 1. servat a peccatis, 2. diffimulat peccata, 3. Movet cor ad penitentiam. 4. Penitentem misericorditer suscipit. 5. Dat virtutem abstinentiam. 6. Indulget munus bonae conversationis. 7. Concedit spem expectandi caelestia. S. pan. 175. f. 500.

Beneficium justificationis summe estimandum est ex triplici capite: 1. Si consideremus statum, e quo a Deo evocamur. 2. Statum ad quem evocamur. 3. Finem propter quem vocamur. Petr. Sanchez 4. p. c. 2.

Ad emundationem leprosi adhibebatur hyssopus, id est fides: Cedrus, id est spes: Coccinum, id est caritas: Passer, id est humilitas: Aquae viva, id est lacryma. C. Lev. 14. v. 7.

Naaman burdonum duorum terram sustulit, in qua fanatus est.

Samaritana, semper illum fontem recolite, ubi conversa est. S. pan. 155. f. 500.

Sicut Deus per sex Dies creavit mundum, ita per justificationem t. In peccatore creat solem, id est, illum illuminat: 2. Firmamentum, id est, ad illi morem Domini. 3. Terram, id est, fortitudinem, ut concupiscentia non obruatur, & ferat germina virtutum. 4. Inditit homini caritas & fides &c. C. Gen. 1. v. 24.

Maius est, quam creatio hominis, & iusticius est remittere peccata, quam creare hominem; quia peccatum & peccator, utpote inimicus Dei longe magis distat a Deo, quam ipsum nihil, quod duntaxat negative, non adveniente opponitur Deo: Item quia remissio peccatorum est altioris ordinis, quam fit natura, omnesque res naturales. Cap. in Matth. 9. v. 7.

Considera rebelles Angelos, qui propter unicum peccatum iam ultra quinquaginta septem saecula in inferno ardent, & in aeternum ardebunt: Considera miserimos peccatores, quos Deus post primum peccatum deseruit, eosque in profundum seclerum, & in ipsum infernum barathrum tuere permisit. Unde tibi haec gratum, quod spatium penitentiae tibi concesserit, & nequid damnari: Non alia ratione, quam misericordissima Dei beneficentia, & caritate &c.

Rom. 5.

HE

S. Pint. Ferr. Ser. de Pint. 1619.

S. Pm. de LH. 3. Dis.

161. 95.

Beneficium preservationis ab inferno.

23. Quantum obstringat hominem Deo.

S. Aug. serm. 7.

S. Anctus Augustinus ait: Quoties me jam absorberat ille draco, & tu ab ore ejus extraxisti me: Quoties ego peccavi, & ipse paratus fuit delectare me, sed tu Deus meus defendisti me. Stabat ille paratus, ut raperet me, sed tu prohibebas. &c. S. puncti. 149. f. 457.

Et iterum: Eripuit me de inferno semel, & secundo, & tertio, & centies, & millies, & ego semper ad infernum tendebam, & tu me semper reducebas, & iuste millies damnafas me, si voluiffes. lb. f. 457.

Considera quis animus esset peregrino, qui cum totam noctem ambulaverit, mane agnosceret se continuo inaccessibile ad oram horridi precipitii. Oquam ad ejusmodi aspectum omnis ei sanguis congelasset! quam Deo grates referret, quod a lapsu fuerit preservatus. Idem tibi accideret, si Deus oculis tuis praesentaret summum periculum, in quo versaberis, aeternum perendi. Cur ergo non peristi? Misericordia Domini, quia non sumus consumpti. Segn. Manna. 22. Mart. 1.

Thren. 3.

An putas Deo multum negotii fore, ut te permittat ire in ruinam? Imo potius laborandum illi est, ut te conservet, tot sunt daemones, qui continuo volunt in te vim facere, ut te precipitent. Labovarii sustinent. lb. n. 2.

Isa. 1.

Quis quam gratitudinem Deo debeas ob hoc beneficium? Cogita quid ageret damnatus, si revera ex inferno evaderet? Nunquid in splendidissima memora recederet, diu nosque carnem maceraret? &c. Seg. Manna 14. April. n. 4.

S. Bern. serm. 7. de Misericordia.

Non est peccatum, quod fecit homo, quod non facere possit alter homo, ait S. Bern. B. Sermon. 21. n. 53. & seq.

Multa in peccata cecidiffem, si data esset occasio, sed Dei miseratione non me talis opportunitas deprehendit, ait S. Aug. B. Sermon. 82. n. 15. & seq.

S. Aug. de Civitate Dei.

Ponamus, in vicinia grande incendium orti, quod post incineratas circum circa plurimas aedes, etiam domui tue appropinquat: Ponamus, quod de repente venus mutetur, pluviae exurgant, & vicinorum labor flammis compellat, sic

que domus tua salvetur; quanta haec tua felicitas! Jam cogita, quot animae, te longe innocentiores, in inferno ardent: quam omnino haud procul post illud, ut illud peccatum ab inferno abluisset! Et tamen ventus, id est, Spiritus Sanctus, pluvia id est, inspirationis Divinae, & labor vicinorum, id est, monita & exempla priorum conspirant, ut te ab interitum eriperent perpenitentiam. Quanta haec benignitas Dei! &c.

Beneficium preservationis a periculis corporis.

24. Quantum obstringat hominem Deo.

S. Aug. serm. 7.

S. Anctus Augustinus ait: De morte etiam corporis sapienti enutivi me, cum graves morbi tenerent me, cum sui in periculis multis per mare, per terras, ab igne, & gladio, & ab omni periculo liberans. S. puncti. 149. f. 457.

Ante templi portam Hierosolymis sedebat mendicus, cum ingrediebantur Petrus & Joannes: Et hodie dum moris est, claudos, caecos, & miseros homines ante portas templorum inveniri. Qua de causa? ut ingredienti, & egredientes eorum aspectu agnoscerent Bonitatem Dei, qua amiseris, & calamitatibus corporis fuerunt preservati.

Cum Angelus Tobiam in itinere duxit, & reduxit, voluit capere viz comitem secum habere. Quare? quia canis est symbolum gratitudinis, a quo discere debebat Tobias, quantam gratitudinem Angelo deberet, preservanti a pisce, a daemone, aliisque periculis.

Vere Mandus hic Nosocomium est tribulationum & arumnarum: percurrere regiones universas, videbis innumerabiles corpore, anima, & fortunis miseros. Videbis caecos, surdos, claudos, agrotos lectis affixos: Videbis lepidos, infanos, amentes, furiosos catenis alligatos: Videbis pauperes, bello, furtis, naufragiis, incendiis ad extremam calamitatem relactos. Cur similis infortunis haec non obrutus non es? Cur corporis valetudine, animi serenitate, fortunis fat pinguis gaudes? Non alia causa est, quam quod paternae Dei Providentiae contra haec, aliaque mala fueris proleclus ac preservatus! Deus scutum tuum fuit, etiam contra illa mala, qua peccatis tuis dudum incurrete meruiffes &c.

JU.

JUDICIA DEI.

25. Sunt abyssus inscrutabiles.

Job. 1.

S. Gregor. 32. Mor. c. 6.

Quis posuit mensuram terrae, vel quis posuit super eam lineam? Ubi S. Gregorius: Mensuras terrae lineis mensus est, quia fines Ecclesiae occultis subtilitate distinxit. Quare impii vivunt felices, prohi misere? Cur unus cum uno peccato damnatur, alter cum millenis salvatur? Haec omnia inscrutabilia sunt. B. Sermon. 12. n. 6. 7. 8. & seq.

S. Aug. 1. contra Faust. c. 7.

Idem temeritas est examinare Judicia Dei: Stipulis furdus vellet carpere loquentes, quod labia movent: aut caecus nestrarum aperturas in aedificio: nonne temerarii forent, ait S. Aug. B. Sermon. 32. n. 7. 10.

Monacho admiranti, quod mali in mundo florent, & justii tribulenter, missus est Angelus specie Senis, qui per eum cum illo ambulans a quodam benigno & hospitaliter exceptus est carinum abstrulit. Dein pergentes ab avaro Abbate ne quidem recepti, & demum in stabulo jejunae collocati sunt; huic Angelus carinum donavit. Admiranti autem Monacho dixit se Angelum esse, & primo hospitali se carinum abstrulisse in augmentum meritorum, & alteri donasse in augmentum penarum, nihilque casu fieri in mundo, sed omnia a Deo ex finibus altissimi ordinari. E. Judicium n. 7. & 11.

In Apocalypsi nemo fuit dignus aperire librum, quia nulla creatura capere poterit iudicia Dei. Liber habebat septem signacula: Si per haec intelliguntur septem Sacramenta, quot intricatae questiones possunt de saepe fieri? Cur ille ad Baptismum fuerit vocatus, alius in utero matris mortuus? Cur hic perseveravit in fide, alter defecerit? Cur hic cum, alter sine Viatico mortuus? &c. haec omnia sunt abyssus inscrutabiles &c.

26. Sunt longe alia quam hominis.

Quis non putasset laudabilem esse zealum, dum Joannes & Jacobus ignem de caelo implorabant supra Samaritanos, sicut olim fecit Elias, & tamen Christus increpavit eos. S. Petrus ex humilitate noluit admittere sortitionem pedum, & factum audit: Non habebis partem me-

cum. Gladio percussit Malchum, ut defendere Christum, sed perperam. Saul pepercit Regi Agag, & ideo regnum perdidit. Oza arcam servare volebat, & ideo perit &c. Timotheus, ait S. Greg. Mor. 3. quia in iudicio culpa esse deprehenditur, quod virtus paratur. B. Sermon. 25. nu. 5. Item Sermon. 26. f. 1.

Petrus nolens lavari a Christo putabatur laudabiliter egisse, & Christus illi minatur aeternum interitum. S. puncti. 132. f. 421.

Judicia Dei vocantur Pondus & mensura. Ratio hujus desumi potest a simili: Si Mercator rejicit monetam, & emptor conquireret de injustitia statum, solet illi mercator in manus tradere stateram, ut examinet illius aequitatem. Sic Deus in iudicio justitiam suam examinari permittit. Tradet homini stateram, & demonstrabit, justissimum fuisse, quod ille putabat iniquum. B. Sermon. 33. n. 5.

Oculi aquilae & talpa sunt diversissimi: Illa irretito aspectu solem intueatur, ista fugit lucem, & in obscuris ferocibus insia terram se recipit: illa amat solare lumen, haec odit. Ita homines sancti, qui instar aquilae ad caelestia in sublimi feruntur, iudicia Dei adorant: Homines autem mundani, qui talparum instar in terrena demersi caccutiunt, illa carpunt, & fugillant. &c.

JUSTITIA DEI.

27. Deterret a peccato.

S. Anctus Vincent. Ferr. parabolam affert, venisse duos fures ad urbem, ut ibi furtis diletterent: cum autem in patibulo pendentes cernerent filium Judicis, quem suus ipse Pater ob furtum in furcam egit, a mala intentione absteritit fuit: En homo! vides in patibulo crucis Dei Filium? Cur Ad ostensionem Justitiae. Al. Rom. O si Deus hunc tam graviter punivit ob similitudinem assumptam peccatoris, quid tibi fiet? B. Sermon. 5. n. 29. & seq.

Propheta Habacuc ad Daniel deportatus est per Angelum, Jonas vero ad Ninivitas per certum: Quare? cur non aequo Jonas per Angelum translatus est Niniven? respondet S. Ireneus: Habacuc ibat ad justum, Jonas vero ad peccatores, propterea expedit, ut prius ipse Jonas in oculis Ninivitarum puniretur: Ut convinceretur ad Dominum convertit ab eo signo.

S. Greg. 3. Mor. 3.

S. Ireneus 1. adv. haer. 32.

signo quod factum erat circa Jonam. B. Serm. 13. n. 5. g. & seq.

Exod. 14. *Israëlita*, cum Ægyptios mortuos in litore confpexerunt, timuerunt valde: Cur timentes potius letari deberent propter occisos hostes: respondet Olearius: *Quia gaudere debuisse, timere dicuntur; nam qui propter nos destruxit inimicos, nos etiam suffocabit, si ex amicis inimici fiamus.* B. Serm. 21. n. 47.

Uxor Lot versa est in statuam salis, ut non suo exemplo perterrescat, ait S. Aug. B. Serm. 33. n. 30. Item Serm. 51. n. 4.5.

Patibula, & feralla pegmata iuxta vias publicas eriguntur, ut itinerantes, & facinorosi homines eorum aspectu a sceleribus deterreantur, tam salutaris consilio, ut Carolus V. Imp. aspiciens in itinere furcas, semper detecto capite dixisse fertur: Salve sancta iustitia! sic Deus punit peccatores, ut innocentes seruentur, & scelerati deterreantur.

28. *Sola non est respicienda, sed unacum misericordia.*

Deut. 11. Cum populus Israel terram promissam ingrediebatur, parsitit supra montem Garizim, clamans benedictionem, pars supra montem Hebal, clamans maledictionem, idque simul ac semel: *Quare respondet Ilichius: Ne misericordiam Dei audierim sine iustitia, nec iustitiam sine misericordia.* Sola iustitia disponit ad pussillanimitatem, sola misericordia ad presumptionem. B. Ser. 10. n. 14. & seq.

S. Greg. 1. 1. *S. Greg. ait: Incensum misericordiam sperat, si non etiam iustitiam timeat: incensum iustitiam metuit, si non etiam de misericordia confidat.* B. Serm. 51. s. 8. num. 28.

*Iustitia ante eum ambulabit! Misericordia autem tua subsequetur me!* Ex quo patet, ante committendum peccatum respiciendam esse iustitiam Dei, ut ea visa peccator terretur manus ad iniquitatem non extendat. Post committendum peccatum autem considerandam Misericordiam, ut reconitet. Vestigia Israelitarum per mare rubrum renitis extincta sunt, contra vestigia Ægyptiorum hodieum durant tellis Orolo: Quare? quia opera misericordiae, qualis Israeli obtigit, non debent trahi in consequentiam, contra opera iustitiae merito debent timeri. *Ut quisquis non doceat unum Deum, ipse est*

prof. 1. 1. d. 1. s. 30.

*transfalsus ultionis terreatur exemplo.* B. Serm. 13. n. 20. & seq.

Qui mare pernavigant, & malaciam, & tempestates timere debent: Malaciam, quia mare quietum pradonibus, frenis, & grandibus cetis ad struendas insidias peropportunum est. Tempestates, quia tumultuante mari navigia facile fluctibus obruantur, aut in syrtes & scopulos alliduntur &c.

29. *Præmonet antequam punit.*

Alexander magnus obsecratus urbem in confpectu incolarum consuevit accendere facem, & iisque denuntiare, quamdiu fax arsurus esset, fore tempus gratiae, hac autem consumpta non fore veniam locum. Ita Deus punitur præmonet peccatorem. B. Serm. 6. n. 10.

Noemus ante diluuium centenis annis fabricavit arcam, cuius singulis scibus præmoniti sunt homines ad penitentiam. B. Ser. 12. n. 44. B. Ser. 75. n. 2.

Dum alios punit eorumdem criminum reos, quid aliud est, quam præmonere, quid timere debeat peccator. B. Ser. 13. n. 21. & seq. Item Serm. 22. n. 1. &c. Serm. 40. n. 32.

Ninivitis Jonam, Sodomitis Lotum, Jerosolymitanis Jeremiam, hominibus diluuii perituris Noemum misit venturæ punitionis nuntios. S. pun. 26. f. 115.

Vesuvius in Italia ordinatè vehementius ardet, antequam grandis peccator est moriturus. Quidam Dei famulus vidit demones sonum, ac materies combustibiles congerere, quærit quid agerent? Ait se infernum inflammare, quia paulo post Princeps Capua, & Joannes bellidux Neapoli essent dammandi: Monitus Joannes cum non respiceret, unacum altero perit, & Vesuvius insolitam flammam vomuit. D. 6. 43.

Deus interdum etiam præmonet per monita amicum. Cum Gallie Marchallus, dielus de Biron, in Anglia Legatus ageret, inter alia colloquio Regina duxit illum ad fenestram, & ei ostendit detronacum caput Comitiss de Estepalo suffixum, addiditque: Esse in Gallia multa turbulenta capita, quæ idemmet mererentur. Substitit quidem Biron, sed hoc monitum illi vaticinium fuit: Cum enim postliminio contra Regem suum Henricum rebellionem fovit, proditus, captivatus, ac occisus fuit. Theat. trag. hist. 4.

AN.

Anno 1502. gravissima pestis multa hominum millia abripuit. Verum ea peste mortuus est nemo, nisi anteriore anno sanguineam crucem in sua veste aut corpore notavit. Surti comment. f. 36.

Soleat Deus signis præviis calamitates Reipub. aut Ecclesie impendentes præmonstrare, ut ad penitentiam excitet. Diluuium mundi per Noemi monita prædixit. Cladem Hierosolymæ per cometam, qui insar gladii integro anno supra urbem luxit, hæmmerci regis Vandalorum persecutionem per insolitum lumen, quo Ecclesia S. Faustii noctu fuit illuminata, & subito extincto lumine obscurata. Anno 1517. Galliam præmonuit de cruentis cladibus per sanguineam pluviam, aliasque signa. &c. C. Ezech. 5. v. 17. Etc. 7. v. 23.

30. *Castigat iustos ex optimo fine.*

Prov. 3. *Quo diligit Dominus, corripit.* Sed quare corripit? 1. Ut homines iustipuerilem levitatem deponant, & marui fiant. 2. Ut vitia naturæ innata, aut pravos habitus vincant: Sic Medicus amarum medicinam dans, non irascitur ægro, sed agnitudo: *Intellige*, ait S. Augustinus, *Medicum esse Deum, tribulationem esse medicamentum ad salutem, non parum ad damnationem.* 3. Ut evadant duri & fortes, quasi athletæ ad subeundos quosvis agones: *Quasi lapidi virtus erit probatio in illis.* 4. Ut illis occasioneem des merendi gloriæ æternæ, ad quam eos destinati: Sicut filius, qui cæditur, & castigatur, hereditati destinatur, alter autem petulus dimittitur, qui exhereditatur. C. in Prov. c. 3. v. 12.

5. Aug. in *Psal. 21.* *se medicamentum ad salutem, non parum ad damnationem.* 3. Ut evadant duri & fortes, quasi athletæ ad subeundos quosvis agones: *Quasi lapidi virtus erit probatio in illis.* 4. Ut illis occasioneem des merendi gloriæ æternæ, ad quam eos destinati: Sicut filius, qui cæditur, & castigatur, hereditati destinatur, alter autem petulus dimittitur, qui exhereditatur. C. in Prov. c. 3. v. 12.

Rusticorum filii nigro ac mucido pane nutriuntur, frigori & calori exponuntur, ut ad arduos labores, ad quos nati sunt, a teneris indurescant: Ita Deus homines iustos nonnunquam pascit paucis tribulationis, ut ad majora certamina cum tempore pro Deo subeunda firmentur. Qui ad militiam destinantur, non fabello & popisimo emolliuntur, sed armis & gladiis, ut a juvenute duris asuescant &c.

6. *Matres, quæ infantulos a lacte sugendo defuescere volunt, uberibus feri aut absinthium illinunt: Ita Deus delictis & voluptatibus mundanis amaritudines immisceet, ut homines iusti illas nauseare, & averfari discant.*

7. *Matres, quæ infantulos a lacte sugendo defuescere volunt, uberibus feri aut absinthium illinunt: Ita Deus delictis & voluptatibus mundanis amaritudines immisceet, ut homines iusti illas nauseare, & averfari discant.*

8. *Matres, quæ infantulos a lacte sugendo defuescere volunt, uberibus feri aut absinthium illinunt: Ita Deus delictis & voluptatibus mundanis amaritudines immisceet, ut homines iusti illas nauseare, & averfari discant.*

9. *Matres, quæ infantulos a lacte sugendo defuescere volunt, uberibus feri aut absinthium illinunt: Ita Deus delictis & voluptatibus mundanis amaritudines immisceet, ut homines iusti illas nauseare, & averfari discant.*

10. *Matres, quæ infantulos a lacte sugendo defuescere volunt, uberibus feri aut absinthium illinunt: Ita Deus delictis & voluptatibus mundanis amaritudines immisceet, ut homines iusti illas nauseare, & averfari discant.*

11. *Matres, quæ infantulos a lacte sugendo defuescere volunt, uberibus feri aut absinthium illinunt: Ita Deus delictis & voluptatibus mundanis amaritudines immisceet, ut homines iusti illas nauseare, & averfari discant.*

12. *Matres, quæ infantulos a lacte sugendo defuescere volunt, uberibus feri aut absinthium illinunt: Ita Deus delictis & voluptatibus mundanis amaritudines immisceet, ut homines iusti illas nauseare, & averfari discant.*

D. Clavis Spicil. univers. Pars I.

31. *Punit alios, ut alios corrigat.*

Vestigia Ægyptiorum in mari submersorum reliquit Deus in litore visibilia: Cur? ut eorum aspectu alii corrigantur. B. Serm. 13. n. 20.

Sicut archiater anatomizat mortuum, ut viventiis profit, ita ait S. Cyprianus *et Cypri. Plebsurum quidam, ut ceteri corrigantur, de lapsu.*

Reliquit aliosque ex Israelitis, & Judæis, ut narrare possint alius supplicia Dei. Sicut naute sæpe in loco periculoso erigunt malum, ut alios de discrimine monent. B. Serm. 13. n. 21.

Cur voluit Deus Cainum superstitem, & profugum super terram? Non alia ex causa, nisi ut alios deterreat a tali peena. B. Serm. 13. n. 22.

*Memores esse vororis Lot:* ait Christus: Cur? quid factum est? versa est in statuam salis. Sal non mordet manum famam, sed vulneratam: Ita hæc Statua salis fricat conscientiam lesam peccatoris, ut sui vulneris recordetur. B. Ser. 33. nu. 50. Item Serm. 51. n. 3. 4.

Pluvie diluuii quadraginta diebus durant, ut semper, qui superstit, corrigantur vivo interitu aliorum. B. Ser. 68. n. 7. 8. 12. &c.

Discipuli S. Elphegi clam dissolutam, lascivam, & voracem vitam agebant: Unus repente mortuus, & post mortem apprensus, inspectante S. Elphego a demoniis, in loco ubi peccaverat, igneis serpentibus flagellatus est. Id ubi ceteri a Sancto narrari audierunt, penitentiam egerunt. E. *Gula*, n. 10.

Cur iustissimus Deus nonnunquam impium in medio seclerum cursu inopinata morte abripi sinit? Ad tuam, peccator correptionem! ut timere Dei iustitiam discas, quod alteri mortali contigit, tibi etiam mortali contingere posse agnoscas!

32. *Punit post completam peccatorum mensuram.*

Nabuchodonosor respuit, & salvatus est, & nepos illius Balthasar ob eadem peccata damnatus. Quare? Theodoretus ait: *Quia immundum Patrii sacrificium sacrificavit, nihil inde percepit utilitatis.* B. Serm. 12. n. 14.

Deus non semper parata pecunia solvit, sed multa in libros creditorum reuert, & quidem inasquali modo: Aliquando

Theodoretus in Dan. erat. 5.

quando statim in principio, aliquando in medio cursu punit. Id quod maxime solet in plagis publicis: Aliquando flagellum supra civitatem, aut provinciam statim, aliquando sero seu tarde arripit. Non statim dum perforata est navis, mergitur, sed tunc primum cum aqua inveniunt repletur. P. p. 2. disc. 12. n. 6.

Balthasar impio regi ignota manus scripsit mortis sententiam in pariete: *Appensus es in latera* Gen. B. Ser. 12. n. 18. & seq. Item Ser. 69. n. 20. Item Serm. 74. n. 13. Quare illi, qui diluvio perierunt, item Sodomitis, & Amorrhæi puniti sunt: Quia completa erat in eis mensura peccatorum. S. pun. 27. fol. 123. D. 5. 46.

Deus decernens interneccionem Israhitarum allegat causam, inquit: *Tentaverunt me iam per decem vice*. Ecce! Novem peccata diffimulavit, sed per decimum mensura erat completa. C. n. 14. v. 27.

33. Puniri gravissime peccatum.

S. Chryf. hom. 15. ad Rom.

Sandus Chrysofomus fufe inducit exempla peccatorum a Deo punitorum, dum solvit objectionem audaciorum illorum, qui dicunt: Deus quidem minatur, vix autem unquam ad flagellum venit. Ergo, inquit, hæc omnia verba sunt, nec punitur Dives Lazari contempserit, neque fatue Virgines a sponso rejiciuntur: Ergo qui fordidis vestibus est non peribit, manus ac pedes vincitur: qui centum denarios a confervo suo exegit non traditur tortoribus &c. &c. S. punct. 27. f. 122.

Homines omnes quantum possunt Deum iratum describant, nec tamen, quid possit, reperierit: Diluvio meris mundum, *Aegyptios* aquis suffocavit, serpentes ignitos produxit, samariz famelicos leones inmisit, terræ motibus civitates evertit, urbes solo aquavit, terram referavit, ac Dathan & Abiron deglutire fecit, homines pestifera sagitta occidit, regna dissolvit, locustis agros vastavit &c. &c. M. conc. 16. assumpt. 2. n. 2.

Gravissime erant decem plage *Aegypti*: 1. erat conversio aquæ in sanguinem. 2. Plaga ranarum. 3. Cinipsum. 4. Mufcarum. 5. Pestis & interitus animalium. 6. Vesicæ turgentes & ulcera tam in hominibus, quam animalibus. 7. Tonicrua, grando, & fulmina. 8. Locustæ. 9. Trituræ. 10. Cedes primogenitorum. Et hæc omnes plage immisit sunt propter obstinaciam Pharaonis. Cap. in Exod. c. 7. v. 25. f. 1395.

34. Peccata etiam arcana non sunt impunita.

Multa sunt in mundo perperam, quæ titulo æquitatis palliantur, aut jam dudum oblivioni data putantur: Verum Deus longanimis est, & tardus in puniendo, ac tandem vindicat. Carolus Stuardus Rex Angliæ innocenter a propriis subditis ad mortem fuge condemnatus. Et tamen in ferali pegmate recordatus est iniquæ sententiæ capitis, cui contra Vice-Regem Hiberniæ olim subscriperat. D. 12. 59.

Bertholdus iustitiæ tenacissimus judex Divinitus admonetur cælica voce ut primo sibi occurrentem laqueo suspendat: Occurrit illi famulus. Cui cum poenam suspendi denunciarer, mirasille disculsa crimina latrocinii, furti & alia confessus est. T. n. 147.

Lanio ex mactata pecude sanguinolentum tenens cultrum in suspitionem patratæ recenter cædis adductus, incarcerationis, & ad mortem damnatus est. Fuit innocens, admiratus tamen Dei judicium, coram populo publice fassus est, se in eo loco, ubi plectebatur, patrem crudeliter percussisse. T. n. 183.

Deus fratres Joseph punit carcere, & captivitate, quibus ipsi antea fratrem affixerant. S. Ephrem petulans juvenis, vaccam gravidam lapidibus agitans, causa fuit, ut ipsa a fera lanaretur. Deinde in Mesopotamiam itinerans, in raptores incidit, inter quos & ipse captus, & in carcerem conjectus fuit. Condolens sibi propter suam innocentiam, spectabilem habuit juvenem, qui ei exprobrabat cædem vacæ, addens, hanc causam esse, ob quam iusto Dei iudicio nunc incarceratione plecteretur. C. Gen. 42. v. 21.

35. Propter unicum peccatorem punit alios, etiam innocentes.

In anno, quo mortuus est Rex Ozias, misit Dominus Deus Isaiam ad prædicandum verbum Dei: Cur ad hanc missionem expectari debebat mors Oziz? Quia hic impius Rex solus impediēbat favores Divinos, ait S. Chryf. B. Serm. 37. n. 16.

Dum Core cum sociis propter rebellionem omnino dies in opere illo consummi voluit: Ubi admirandus Chrysofomus: *Mundum univrsam sex diebus confrauit, & unam urbem septem diebus dis-*

S. Chryf. hom. 4. verb. 154.

Ja-

Joseph *Aegyptius* Prorex fratres suos dure tractavit, exploratores vocavit, tribus dibus incarcerationis. Quid hoc? Nonne Raben innocens erat? Respondet Cor. a. Lapid. Etiam si fuerit innocens a venditione Joseph, quia tamen commixtus erat cum fratribus nocentibus, hinc & affligitur cum eis. B. Ser. 38. n. 12.

Navicula Petri periculatur propter peccata Jude. Lot innocens punitur propter consortium Sodomitarum. Abraham nullam benedictionem accipit, quamdiu versatur inter Chaldaeos. M. conc. 5. §. 1. fol. 59.

Videant ex hoc Magistratus, Principes, & qui iustitiæ præstant, quantum oblipentur ad puniēda peccata, præsertim publica; quia dum sua conviviencia nutriunt scelera, & se simul, & innocentes eidem ruina involvunt.

Non est dubium tempore diluvii, & tempore incendii Sodomæ, nonnullis fuisse innocentes & tamen aqua, & igne perierunt, non sua, sed aliorum culpa. Dum urbes tormentis expugnantur, non tantum lutea mœnium saxa, sed etiam levigata marmora, non tantum case opificum, sed etiam palatia nobilium in ruinam dantur.

36. Puniri illibenter, & non nisi coacte.

Altissimus patiens est redditor. Ubi Arefius: Talis debitor Deus est, licet enim plurimis peccatis cogatur ad puniendum, difficulter tamen accedit. B. Serm. 64. n. 8. 9.

Dominus Deus punitorum protoparentes in paradysum venit ad auram post meridiem: Quare tam sero? Quia non festinavit ad punitionem, ait Abulensis: *Ad puniendum peccatum primorum parentum tardus veniebat, quia Deo miseri proprium semper & parcere.* B. Ser. 70. n. 4.

Clamor Sodomorum multiplicatus est: ubi Salv. Peccatorum clamor cogit ut puniat Deus etiam quasi nolens. B. Serm. 76. n. 4. 11. Item fufe S. punct. 26.

Cum Deus Saranz dedit potestatem in Jobum, discessit, quasi qui non videre potest sectionem venæ. S. punct. 26. fol. 114.

Deus superbam civitatem Jericho uno momento delere potuisset, nihilominus septem omnino dies in opere illo consummi voluit: Ubi admirandus Chrysofomus: *Mundum univrsam sex diebus confrauit, & unam urbem septem diebus dis-*

S. Chryf. hom. 25. ad pet.

solvoit: Ne mireris, velox Deus ad extruendum, tardus ad destruendum, illud potentia, Bonitati illud est.

Natura non producit foetus monstruosos ex destinato consilio, sed ex materiz, ex qua producantur, ineptitudine quasi compulsa: Proinde facit, quantum intra legum suarum fines potest, ne nascantur abortus, & cum jam nati sunt, quantum potest impedit, ne propagentur, hinc illos steriles gignit &c. Paren in modum Deus non vult mala nostra: *Non letatur in perditione Virorum, a nobis cogitur, ut puniat.* Et etiam coactus facit, ut mala nostra diuturna non sint. P. p. 1. Disc. 4. n. 3.

37. Etiam dum punit misericors est.

Effundam sicut aquam iram meam. Quare non sicut ignem? quia ignis consumit, & denigrat, aqua autem simul lavat, & locundat. B. Serm. 52. n. 13. 14.

Diluvium induxit Deus lente per quadraginta dies: Quare tam tarde? ideo, inquit S. Chryf. quia semper propter suam misericordiam volebat aliquos castigatos emendari, & poenitentiam agere. B. Ser. in Gen. 68. n. 8. Item Ser. 71. n. 1. 2.

Misericordiam & iudicium cantabo tibi. Sicut in cythara fides sonora, & alta, bassus, & cantus sibi conjunguntur & ita semper misericordia iustitiæ conjuncta est. M. conc. 9. aff. 1. n. 4.

Chritus vocatur sponfus, & gigas, ut simul amabilis, & terribilis sit. Ibid. n. 5. & seq.

Malefactores, dum equaleo torquentur, statim iterum ad chirurgis sanantur: Ita Deus, dum vulnerat, iterum vulnericemplastrum imponit, ut diuturnitate supplicii emendationem extorqueat.

Quid sit, cum forte Mater amantissima filiolum delinquentem baculo castigat? O quam mansuete verbera temperat! O quam dolenter idus omnes in proprio corde sentit! O quam laxatur, cum filius emendationem promittit! Quare? quia illum, quem corrigit, tenerime amat. Ita Deus, cum castigat, verbera non delicto, sed suo amori commensurat, nihilque vehementius desiderat, quam emendationem castigati, ut a castigacione quantumcyus manum retrahere possit &c.

38. *A nobis ipsi sumi instrumenta puniendi.*

Deus voluit fecare, radere &c. nec habebat unam novacula: Unde illam habuisse putatis? *In novacula condita*, inquit Propheta &c. S. punct. 26. f. 110. Sed unde condit? Arbores consilium inierunt, quomodo a frage immunes esse possint? cedrus intulit. Nos ipse lignum damus ad manubria acriarum, merito igitur sternitur: ita nos Deo puniendi instrumenta damus &c. B. Serm. 68. n. 16. & seq.

*Vidi (peccatores) sanie Deo perisse.* Efflat nempe Deus illum aerem, quem a peccatore extrinsecus attraxit. B. Serm. 76. n. 8.

Hinc ait S. Bern. *Miserendi causam sustulit ex proprio . . . ulciscendi magis ex nostro.* S. pun. 27. f. 119.

Amman putavit se paribulum Mardochoo preparasse, & sibi ipsi preparavit: Sic Deus disponit, ut multi in foveam incidant, quam alteri foderunt.

Deus minatur, quod oblivione oblitisci velit peccatoris, & hac est gravissima poena; quia signum est reprobationis. Cur autem oblitiscitur Deus? quia prius peccator oblitus est Dei. *Populus meus oblitus est mei diebus innumeris.* C. in Olee. 1. v. 6.

Rex David, ut ad concubium Bethabae, quam adulterio sedaverat, sibi vitam sterneret, decrevit Uriam ejus maritum & medio tollere. Itaque Urias literas dedit ad Joabum Belliducem, praecipiens, ut harum laterum Uriam a fronte aciei collocaret, & derelictum in certamine morti consignaret. Factum ut praecipit? Miser Urias perit, quia sententiam suae mortis ipse suis manibus attulit. O quam multi peccatores ad Deum Judicem ipsi damnationis suae sententiam in conscientia sua scriptam afferunt! &c.

39. *Mitius punit, in hac, quam in altera vita.*

Deus juravit populo: *Si dimittetur iniquitas haec donec moriemini.* Quatenam haec iniquitas quam morte punire minatur? nempe populus debebat plangere propter castigationem obditionis Jerosolymitanae, & plaudebat. Ita ait Olesiter: *Deus nihil ferti gravius, quam si minas ejus, quis te emendare satagit, irridcas.* B. Serm.

71. n. 4. Item Serm. 86. n. 30. Hanc irrisionem Deus ordinarie infelicis morte castigat: *Donec moriemini.*

Supplicia vitae praesentis sunt ad emendationem, supplicia vitae alterius sunt ad vindictam. Sicut ergo chirurgus maxima cum cautela incidit, ut sanet, e contra inimicus violenter gladio facit, ut perimat; ita Deus facit: in hac vita poenas misericordia temperat, non in altera vita.

*Manus Domini tetigit me.* Omnes afflictiones Jobi tantum fuerunt contactus manus Domini, & quidem ligata: In altera autem vita non tangit, sed percutit &c. S. pun. 132. f. 417.

Tormenta hujus mundi quasi ab ira ligata Dei proveniunt, in altera vita ab ira illigata. M. conc. 16. aff. 2. n. 3.

Primum flagellum fecit Christus ex funiculari, alterum autem non describitur: Nempe primum quod est poena mundi adhuc explicabile est, non vero alterum. M. conc. 16. aff. 2. n. 5.

Christus Redemptor, futurus vivorum & mortuorum iudex, in Sacra Scriptura vocatur *Agnus Dei, & Leo de tribu Juda.* Nempe in hac vita Agnus est mansuetissimus, patientissimus: In altera autem vita Leo erit rugiens, & implacabilis &c.

40. *Tanto gravius punit, quo diutius indulget.*

*Secundum duritiam tuam . . . ibi servizas tibi iram.* Qui thesaurizat diu numerum nominis addit, donec tandem totum cumulum inveniat: Ita peccator cumulum irae Dei simul tandem sentit. S. pun. 27. f. 120.

S. Hieron. ait: *Tarditatem supplicii gravitate compensat.* Et S. Greg. *Quos diutius ut convertantur expectat, non convertos diutius damnat.* S. pun. 27. f. 120.

Postquam centenis annis expectavit conversionem humani generis, *aperta sunt caelestia* &c. S. pun. 27. f. 120. Vide tit. PRÆSUMPTIO. PROCRASTINATIO.

Magna ira Dei est, ubi Deus diu differt, & dissimulat punitionem, tunc enim augetur cumulus culpae, consequenter & poenae. C. in Gen. c. 15. v. 16. f. 163. d. 1.

In Æmilia ad Virginis Adumpta sacellum immania populi multitudine confluit, & quoniam locus erat angustus, viris ac mulieribus convenientibus multum flagi-

flagitiose perpetrabantur. Subito autem incendium grande erupit, opibus omnibus ad decem aureorum millia taxatis igne consumptis. J. 150.

Quanto impatientius incurvatur arcus tanto violentius emittit sagittam: Ita Dei Justitia quanto diutius indulget, tanto gravis ferit.

Dantur in æstate tempestates, quæ sæpe per tres aut quatuor dies in nubibus murmurant, de quibus dici solet: Hac tempestas necdum erupit? tandem post triduum, aut quadriduum, cum immenso fragore fulminans & grandinans, fecerit ruinam longe lateque causat. Sic Deus diu monet, minatur, terret, tandem vero duplicato supplicio peccatorem corpore, simul & anima punit &c.

41. *Exaudit innocentes, qui provocant ad tribunal Dei.*

David provocavit ad Deum Judicem contra Saul: *Judicet Dominus inter me, & te:* Haud diu postea Saul proprio fe gladio interfecit. 2. Zacharias Pontifex provocavit contra Regem Joas, dein anno nondum elapso Regii Principes a Syris trucidati, Joas multis vulneribus confossus in lecto ad tribunal Divinum raptus est. 3. Antiochus a Machabæis citatus manifesta Dei ultione perit. 4. Fermandus Legionis, & Castellæ Rex duos nobiles ex familia Carvialorum e rupe precipitari iussit, a quibus citatus triginti postea die mortuus est. 5. Eques Neapolitanus cum reliquis Templariis ad supplicium rapus Clementem V. & Philippum pulchrum Regem Franciæ citavit, ut intra diem, & annum coram Divino tribunali causam dicerent: effectus, ut elatio facta, secutus est. 6. Rodolphus Austriae Dux, ab Equite aurato, innocenter damnato, ad Divinum jus vocatus, adveniente citationis termino, extinctus est. Idem legitur de Francisco Armoricæ Duce, qui fratrem Ægyptium laque majestatis innocenter damnavit, aliique &c. C. in Gen. c. 9. v. 5.

Abbas in Monasterio S. Jacobi prope Leodium, cum propter raptum alicujus Novitii violententer abducti humanam justitiam impetrare non valeret, ad Divinam appellavit, & ecce! quadragesima die & Abbas & plagiarius repente moriuntur &c. D. 1. 28. E. Scandalum num. 2.

Severianus ab Adriano Imp. Julius offe-  
D. *Clarus Spirit. univers. Pars I.*

cidi antequam jugularetur, ignem poposcit, & thure accenso, *Vole*, inquit, *testor, me nihil mali commisisse!* de Adriano hoc imprecor, ut cum mori cupiet, non possit! Porro Adrianus in morbo sapienter invocata morte, sepe seipsum occidete voluit. C. Jerem. 17. v. 12.

Cum Genueses tircenes adversus piratas instructæ biremem Catalanam capissent, hujus reorem nodu suspendunt. Is pro injuria sibi illata Deum appellans, citavit Patronum Genuesium, ut sexto mense coram Deo compareret, & ecce! eo ipso citationis mense hic occubuit &c. Henricus Archiepiscopus Moguntinus falso accusatus, & Pontificatu dejectus, incrore confectus ad Christum Judicem appellavit. Audita ejus morte alter iudicium in latrimis expiravit, alter per rable manus sibi corrodens animam exhalavit, Deo rationem redditurus. C. in Jerem. 17. v. 12.

POENÆ JUSTITIÆ DEI PUNIENSIS.

Plaga universalis.

42. *Cantantur a peccatis.*

Divina Justitia elementa, & creaturas habet ad obsequia, ut peccatores puniat. *Missili antecessores exercitus tui vespas.* Id est, prout exponit Lyranus: Proutquam filii Israel terram promissionis ingressi sunt, Dominus immisit Chanæanis *vespas* hantibus aculeos venenosos. Cum Philistha Arcam Domini indignè tractarent, nati sunt mures innumeri, qui gemina agrorum depasti sunt, & *facta est confusio mortis magna in civitate.* Populi Poloniæ Rex ob crudelitatem una cum uxore & liberis devorata a muribus. Arnulphus Imperator ob truculentas vexationes Ecclesiasticorum morbo pediculari consumitur. Ado Episcopus Moguntinus, quia pauperes convocatos concremavit, quos mures vocare solebat, a muribus depaictus.

Sapor Rex Perarum oppugnans urbem Nisibin a cultibus in fugam agitur. A. lect. 10. §. 9.

O si præcepta Dei obedienter observaremus, certe elementa omnia sub nostra obedientia viverent: S. VVereburga Abbatica græc suis agris infestas vocat ad monasterium, rationem de damno illato daturat, & omnes comparat, de-

B 3 mis-

missio veritæ quasi veniam rogantes quas deus S. Abbatis iterum benigne dimisit. Una sursum sublata redierunt, quam jam comestam S. Virgo ad vivos revocavit. R. 1. part. mir. 5.

S. Franciscus Solanus ut populum a peccatis deterreret, sub concione exclamavit: Eja tellus & aer commovimini in supplicium peccatorum, & ecce terribiliter terræ & aeris motus subsucutus, populo autem misericordiam implorante, a sancto iterum sedatus est. R. cent. 3. mir. 7.

Pastor a nativitate mutus a Beatissima Virgine loquella donatur, mittiturque ad Fossanenses cum admonitione, ut a peccatis absternerent, nisi Dei puritatis supplicia experiri velint. Illi non emendantur se, & fere omnes peste interierunt. I. 41.

#### 43. Fium per inbellis animaculæ.

Insula Anaphe olim nullas habebat perditas, postquam vero illata sunt, adeo numero creverunt, ut incolæ regionem illam prope deserere cogentur. VV. art. disc. font. 65. ex 5.

Insula Caspachiorum per leporum multitudinem fere ad vastitatem redacta est: In uno anno capta sunt leporum sex milia. Ibid. ex 6.

Blasphemus aleator ab unica musca importunissime tandem infestatur, donec blasphemiam revocavit. E. Verbo Blasphemia, n. 8.

In Anglia uberrimam fegetem depascunt mæscæ incognitæ, in quarum una ala scriptum erat: *Ira*, in altera *Dei*. E. *Vindicta Divina*. Vide infra tit. *Locustæ Formicæ*.

Anno 1690. Mense Augusto ad montes inferiores Afsatiæ, celo undique clarescens observati sunt globi lucidi, magnitudine humani capitis de terra versus cælum ascendere, dumque soli appropinquaverunt, dissilierunt, & mox ingens muscarum, alatis formicis similis copia prodiit, celeriter versus occidentem volitans: Aliquæ etiam in terram decedentes, se mutuis moribus fæde lacerant, & interemerunt. Secuta sunt varia mala.

Excidia urbium.

#### 44. Præcoguntur per signa prodroma.

Antequam Bizantium a Turcis terramarique oppugnaretur, compertum

est apud Comum Galliz urbem, sub vesperam ingentem canum multitudinem per aera ferri & invicem acie constititari. Postea hominem corporis percititate formidabilem processisse, velut exercituum ductorem. Quæ demum, aliaque lubrica nocte adventante disparuerunt. Conviv. appar. f. 121.

In urbe Ierosolymitana per omnes plateas circumcurabat quidam rusticus, qui sine intermissione ingeminando lamentabile *Væ* excidium urbis prænunciabat, nec poterat minis & flagis ad silentium compelli. Simili modo urbs Roma, antequam anno 1527. a Casariis occupabatur, a quodam Joanne Baptista identidem *Væ* clamante monita est. Urbis Burdigalensis in Aquitania per Virum quemdam sanctum prædicatur hæreticorum crudelitates, & templorum excidia. D. 5. 42.

Incolæ vitis Citor in regno Sangæ a Rege Mogoris obsecrati urbem incendunt, seque in ignem conjiciunt, quod ultra septuaginta hominum milia perierunt. T. n. 243.

Deus signis præviis solet indicare calamitates publicas regnorum, uti Diluvii, excidii Ierosolymitani, persecutionis VVandalicæ &c. E. Eccl. 5. v. 17. E. c. 7. v. 35.

Cur autem Deus malis eiusmodi publicis præmittit eiusmodi signa? Respondeo, reus non solet, nec potest condemnari, nisi prius audiatur super suam accusationem. Eiusmodi mala igitur sunt præviæ accusationes, quibus peccatores reatum suum agnoscere, & misericordiam implorare possunt. A. T. 1. Lect. 18. n. 5.

#### Persecutiones Ecclesiæ.

##### 45. Sunt complures & varis.

**A**NTE persecutionem VVandalicam Honorici (seu ut alii legunt Hunnerici) Carthagine Ecclesiæ S. Faustii miro splendore luxit, apparueruntque albicantes & coruscantes homines, qui a quibusdam Æthiopiis ex Ecclesiâ extracti & expulsi fuerunt. Vidit & quidam Presbyter Ecclesiæ S. Faustii referent innumerabili turba subito evacuatam, & dein repletam multitudinem porcorum. E. *Martyr* num. 6.

Porro iussit tyrannus, ut nemo nisi Arianus sub suis signis militaret, cumque plurimi temporalem militiam desererent, illos in Insulam Sardiniam relegavit, episcopos expoliavit, & qui ibi

succedere volebant ad fiscum Regalem quingentos solidos solvere debebant. Sacerdotes Virgines ludibrio barbarorum expoliatae, & quæ resistebant variis tormentis excarnificatae sunt. E. *Martyr* n. 6.

Episcopi, Presbyteri, Diaconi & alii fideles numero quater militem, nonaginta & septuaginta sex in exilium rapiuntur, in angusto carcere concluduntur, & quoniam nemini licuit exire, fectore & urina ad mortem usque affliguntur. E. *Martyr* n. 7.

Hunnericus præcepit Episcopos & universis Presbyteris, ut Carthaginem viderent & de sua fidei articulis disputarent. Comparuere illi, tum omnes suis reclusis & velibus expoliati extra urbem egressi sunt, prohibuit sibi sub poena incendii, ne quis illos in domum reciperet, aut illis alimenta præstaret. Cumque tyrannus impius ad piscinas exibat, supplices illi facti sunt, verum non alio effectu, quam quod illos irruente equitatu angulis obteri præcepit. E. *Martyr* n. 9.

Fraudibus etiam truculenter circumventi, iussi sunt jurare, quod Hunnericus eiusque filium pro suo rege agnoscat: Sed dolose; qui enim iuratum obruncati sunt tanquam perjuri: Qui non iuratum misere interfecti tanquam proditores. E. *Martyr* n. 10.

Cum Nicomedia pars palatii conflagrasset, culpa imputata est Christianis, qui mox a barbaris aut gladio interfecti aut flammis exusti sunt: Tantaque erat eorum rabies, ut ossa sepulta exhaurerent, & in mare projicerent, dicentes, ne Dii Christianorum efficiantur. E. *Martyr* n. 12.

Ecclesiâ decem persecutiones terribiles sustinuit, Neronis, Domitiani, Islegardis, Goronani, Arianorum, Constantiniani Copronimi, Macedonii, Eyrichiani, Calvinistarum &c. C. Dan. 11. v. 35. Crudelissima fuit Diocletiani. Vide tit. SS. Martyres &c.

Per equum rufum in Apoc. intelliguntur persecutores & persecutiones Ecclesiæ, quæ per 250. annos durarunt. 1. Fuit Nero. 2. Domitiani. 3. Traiani. 4. Antonini. 5. Septimi Severi. 6. Maximini. 7. Decii. 8. Valeriani. 9. Aureliani. 10. Diocletiani, eaque crudelissima. C. Apoc. 6. v. 3.

Sterilitas terræ.

#### 46. Causatur a peccatis hominum.

**P**ROMISIT quidem Deus *dabo vobis pluvias temporibus suis*, nihilominus, ut

ait Abulenſis, Aliquando secundum ordinem motus celestis erat magna fertilitas præventura, Deus tamen propter peccatorum iniquitatem convertit illud in contrarium. E. B. Sermon. 65. n. 6.

Servierunt diis alienis, ideo calum erigentur, terra sterrea, mentietur opus olive, & area non afferret fructum. S. P. un. 54. f. 177. *Lugebit terra, & herba omnis regionis fœccabitur*: Quare? propter malitiam inhabitantium in ea. Is. 18. f. 178.

*Egessas a Domino in domo impij*: ubi terræ regnat impietas, ubi sterilitas terræ, & infertilitas. In terra promissionis alia sterilitissima decennis erat sterilitas, ita ut Elimelech cum sua familia migrare debuisset in terram Moabitaram. Quare? quia populus in terra promissionis erat impius. Quæsit olim Propheta a Deo, cur egestas tandem premeret populos, & respondit sibi ipsi, *Propter malitiam habitantium in ea*. Quibus verbis addit S. Hieronymus: *Malitiae habitatorum eius hoc faciunt*. Hunc ipsum in sensum S. Beverinus incolis de damno locustarum querentibus reposuit, hanc esse plagam Dei punientis. A. lect. 10. f. 5.

Merito filius prodigus, ex paterna obedientia & domo profugiens, famem usque ad porcum in silico passus est, & hodieum in domo bene morata filii inobedientes loco prandii, panis & aqua puniuntur: Sic Deus affligit regionem, in qua fecera dominantur: Liberalem manum suam retrahit, parsimonia, & inopia usque ad famem punit &c.

Fames.

#### 47. Est calamitatum maxima.

**U**RBium, regionumque morbus gravissimus fames est, ait Philo. Et omnium scelerum fomentum, atrivæ frontis est egessas, nihil pudet modo vivat.

Altera tentatio dæmonis in monte, & pinnaculo templi profus fuit, quia facile præstare poterat, se nihil impetravisse, postquam in fame nihil impetravit oblatione panum. &c. B. Sermon. 69. n. 7. Item Ser. 66. per totum.

Alia mala, uti pestis, bellum, gladius cito conficiunt hominem, sed fames lento tormento consumit. A. lect. 10. n. 9.

Tempore Imperatoris Honorii tanta erat fames, & annonæ caritas, ut homines seipso invicem devorarent; ideo in ludis circenibus audita est vox, quæ B. 4. licet.



hæcentiam precebat vendendi libere humanas carnes: *Pone pretium humane carni.*

Tempore Imperatoris Justiniani in Marchia Anconitana solum quinquaginta hominum millia fame emoriuntur. D. 3. 17.

In urbe Samaria, cum a Rege Benadad obsideretur, tanta erat fames, ut Mater prolem suam devoravit: Caput ali- na ad nostram monetam constabat quinquaginta tribus florenis. Cum Hannibal Casilinum obsidebat, miles aliquis mu- rem pro ducentis denariis vendidit, sed ipse deinde fame iteriit. In urbe Jeru- salem tanta erat fames, ut incolæ excre- menta hominum, & animalium, item ca- davera pestiferorum devorarent. Romæ, cum ab Alarico obsidebatur, humana ca- ro taxato pretio velut in macello vendi- ta fuit. D. 7. 61.

Terra motus.

48. Est singulare indicium ire Dei.

*Terre. 10. ad. 4. n. 31.* **D**uoct Lorinus, quod Deus terræ motum non sine gravi causa immit- tat: Hac causa autem est ira Dei: *Erynt terræ motus magis per loca: Ecce respic- tus ire desuper &c.* B. Serm. 66. per to- tum.

Unde terræ motus oriuntur, olim var- ias opiniones habebant Philosophi: Ali- qui putarunt terram innatare aquis vel- uti navim, & sic ex motu aquæ move- ri terram, sed falso, quia alias semper tota terra deberet commoveri. Alii pu- tarunt terram moveri, si intra terræ vi- scera rupes aut terræ moles a cætera com- pagine resolutæ cadant, sed falso, quia a- lias terræ motus tantum esset instantane- us, cum ramen sciat ad plures dies durasse. Oritur ergo ab exhalationibus in terra inclusis, quæ vi exitum que- runt, & quidquid obstat disrumpunt. D. 12. 71.

In Asia terræ motus erat, quo inter- gett mons aborsus est. Tempore Claudi Imperatoris terræ motus insulam in- gentem unius horæ et fundo prostravit. An- tiochia: 60000. hominum concuterunt. In Asia tres insignes urbes perant. D. 8. 3. Tempore Theodosii terræ motus sex men- sibus durat &c. B. Ser. 86. §. 4.

Anno 446. Theodosio Imperante terræ motus sex omnino mensibus mundum con- cussit. Cum ergo omnes iteritum exspe- ctarent, puer raptus missam in æra audire ab Angelis cantari illud trylagion: San-

ctus, Sanctus, Sanctus! Id cum a populo cantaretur, terræ motus desit. *Niceph. l. 14. c. 46. N. 25. Sept.*

Per terræ motum in morte Christi ru- pes prope montem Calvariæ fissuram fecit, cujus profunditas perpendiculari ex- plorari non valet: Eodem tempore mul- ta rupes, montesque per orbem discissi sunt, uti Mons Alvernæ in Toscana, pro- montorium prope Cajetam in Regno Nea- polis, prout vetus incolarum traditio ha- beret. Antiochia Anno Domini 177. ter- ribilis terræ motus fuit: anteibat horri- bilis procella, & sonitus maris, tum tan- tus exoriebatur pulvis, ut hominibus an- helitum intercluderet, in uribus everte- bantur ædificia cum immensa hominum strage, extra urbes terra horrendo con- sonitu intumuit. In Calabria Anno 1638. multa civitates, ac pagi a terra omnino absorbentur. D. 9. 13.

Pestilentia.

49. Est terribile malum, a peccatis cau- satum.

**D**eus Davidem penitus septennem famem, vel trimestre bellum, vel triduanam pestem minatus est: Ergo tri- duana pestis est aque grave malum, quam trimestre bellum, aut septennis fames. M. conc. 12. assumpt. 2. num. 6. B. Ser. 68. n. 20. Item Serm. 77. §. 2.

Deus populo legem suam servaturo in- gentia bona promittit, sed transgressoris terribilia mala minatur. *Mittam pestilen- tiam in medio vestri.* A. lect. 10. §. 6.

Sub Marco Aurelio Romanum Imperium crudelissima peste affligitur.

Sub Galli & Volusiani imperio tanta peste grassatur, ut cum mortuis sepel- iendis vivi deficerent, homines ubi mor- bi præludia fenserunt, ultra in sepul- cris se compulerunt. Sub Justiniano Imper. visa sunt phantasmata demonum circuire, & homines perimere: Et unde hæc pestes omnes ex peccatis. A. lect. 10. §. 6.

Mirabiles operationes pestilentia facis- denotant. eam a peccatis oriri: Alique enim urbes totaliter, alia vix et dimidio evacuatæ sunt, alique domus penitus e- rant intactæ, aliqui, qui fugierunt, morti sunt, qui remanserunt, salvati. In urbe Neo-Cæsarea cum populus in cultu idololatrico copiose confluens sac loci non haberet, clamavit: *Jupiter fac nobis*

*spatium.* S. Gregorius Taumatargus au- diens impium clamorem statim misit, qui nunciaret populo: Confident, post mo- dicum tempus plus spatii fore in urbe, quam illi optarent. Quod prædictum, fuit factum; quippe crudelissima pestis a spectris circumcumbentibus caulata evacuatæ urbem. D. 1. 65.

Tempore Davidis intra triduum septua- ginta hominum millia peste abrepta sunt. Terribilis erat pestilentia, quæ quinquaginta duobus annis durans Africam fe- re habitatoribus evacuatæ. Constantinopoli una die interdum decem millia mori- untur: Tempore Petrarchæ Italia adeo peste affligitur, ut ex singulis millibus vix decem personæ remanserint. D. 3. 17.

Quaritur cur propter peccatum Davi- dis numerantis populum septuaginta Virorum millia sint mortua? Quid illi par- tis habebant in hoc delicto? Respondent Auctores: Populum non quidem hujus, sed aliorum peccatorum fuisse reum, præ- fertim rebellionis cum Absalon. &c. D. 4. 64.

Ordinarie prænuntiatur variis signis: Anno 1507. in Germania sanguinolenta eruces vestibus virorum & mulierum in- hæserunt: altero anno secuta est atro- cissima pestis. Sarius in Comment. f. 19.

Bellum.

50. Immittitur a Deo propter peccata.

**A**ngli e Gallia pulsî, cum josi gratia quærentur, quando iterum reditu- ri sint, repulerant; cum velle peccata majora erunt nostris. B. Serm. 74. numer. 14.

Cum Holofernes Judæorum populum bellis excedere cogitabat, suavit illi Dux Achior, ut prius exploraret, an Judæi defecto pie, aut impie vivant; quia, ut aiebat, habeo ab experientia, si pie vi- vent, nemo inimicorum illis noceret: Si autem impie, facile traduntur in manus inimicorum. Cum ergo impii sunt, *A- scendimus ad illos; quoniam tradens tra- det illos Deo vobis tibi.* A. lect. 10. n. 2.

*Judith.*

*Amos.*

*Isa. 10.*

*Non est malum in civitate, quod Do- minus non fecerit, ubi Lyranus, Mala vo- care solent morbos, supplicia, immatu- ras mortes, pestes, bella, atque his simi- lia.* A. Lect. 10. n. 3. Vide infra Tit. *Status Militaris.*

Vitus & Vespasianus in expugnatione Jerusalem intuentes tot millionum sta-

gem, protestantur, se tantam ruinam nec cogitasse, nec fecisse, sed a Divina manu proficisci. A. lect. 10. n. 4.

Attila cognomento *flagellum Dei* longe sæviciat, singulis mensibus per integrum decennium septendecim millia interfecit: Sic etiam per Ægyptum & alibi sævissima servebat persecutio: Cur id Deus permisit? Respondet Eusebius, quia Deus perversos Christianorum mores fu- sionare non amplius poterat. A. lect. 10. §. 5.

Jerusalem quaternis vicibus per Chal- dæos vastata est: 1. Sub Rege Joakim. 2. Rege Joachim. 3. Sedecia. Et 4. dum templum in cineres redactum fuit. C. Exod. 10. v. 14.

51. Prænunciatur variis signis.

Ante obsidionem Jerosolymitanam im- acre vires sunt discurrete armatæ legio- nes. Atequam Longobardi Italiani in- vaderent, igniti exercitus in firmamento apparuerunt. Ante bellum Bohemicum no- ctu frequenter ingens exercitus visus est in valle quadam digladiari: Miles ali- quis rei exploranda causa ausus est pro- pinguius accedere, sed a spiritu obviam progrediente decapitatus, & altera die truncus inventus est. D. 5. 94.

In Sicilia duo clypei sudarunt sangui- nem, messorum etiam aridas sanguine tin- ctas in manipulis invenerunt. In Misina fons sanguines & cinerem fudit: Genæ etiam fons sanguinis ubertim fluxit. 1. dem alibi factum esse legitur, & ordina- rie erat signum eminenti belli &c. D. 10. 14.

In fossa oppidi Beichelsteinii infra ex- celsæ fecit fluxus sanguinis fluxus erupit. Spil- tæ ex pane extitisse dicitur. Suidocii vel- liti nixis eructum grandinis modo decli- dit. VV. art. disc. font. 3. ex 5. ad fin. Idem alibi legitur accidisse & ordinarie est pro- gnosticon ad criteria bella & strages.

In libro 2. Machabæorum legitur, in 2. Mach. urbe Jerusalem per quadraginta dies in firmamento casti vifos esse armatos E- quites, qui secus, galeis & lanceis arm- atis concurrebant. Idem enarrat Joste- phus de Bello Judaico, priusquam urbs Hiero-

*707. Test. l. 7. n. 120.*

Hierosolymitana sub Tito Vespasiani ob- sideretur, visus esse per inane ferri cursus toris legionibus, & acies tranantes nubi- la. Idem perhibet Gregorius Pontifex an- tequam Longobardi Italiam illaberentur &c. D. cent. 5. cap. 94.

52. Infelicitur geritur propter peccata nostra.

n. Ref. 4.

Israëlites pugnauerunt contra Philistæ- os & victi sunt cæcis quatuor illorum mil- libus. Fecerunt ergo offerri Arcam Do- mini ex Silo, & in hac spem victoria in- dubitanter reponentes ingentem plausum & clamorem in castris excitarunt. Timue- runt Philistæi animositatem Israelita- rum, nihilominus se invicem animantes in pugnam congressi sunt. Et ecce plaga Israelitarum erat grandior quam antea; quippe cæca sunt triginta millia, & Ar- ca capta est. Quæ causa fuit tam infeli- cis belli? Peccata Israelitarum, præter- tim neglectus templi, victimarum, obla- tionum &c. prout declarat Abulenſis & alii: S. Hieronymus post clades Romani Imperii recensitas earum causam assignat:

*S. Hieron.*  
*De vit. & v. Nescitis peccatis barbari fortes sunt, no- stros vero, stivis vitiiis Romanus superatur exercitus &c. C. in 1. Reg. c. 4. v. 10.*

Tamerlanes, antea bubuleus, totam Asiam expugnavit, nunquam victus sem- per victor, seipsum vocare solebat, *Ira Dei*. T. n. 244.

Terra sancta, in qua Incarnatus Dei Filius natus, educatus & mortuus est, hæcenus cum omni Christianorum cona- tu recuperari e manibus Turcarum non potuit. Quid non fecerunt Ludovicus VI. Philippus II. Ludovicus IX. Galliarum Reges? cum immensis divitiis consulari exercitus terribiles & in Syriam navigan- tes operam omnem sancto huic bello im- penderunt. Sed infelici successu! Milites fame, peste, cædibus perierunt. Quare? propter peccata Christianorum, quorum unum gravius est centenis Turcarum. Sic dicere licuit cum Regina Elither: *Peccatum in conspectu tuo, ideo tradi- dit sumus in manus inimicorum nostrorum &c.*

Cædes cruenta.

53. Abripiunt multa hominum millia.

**T**erribile est, quod legitur de excidio Judæorum, quorum intra septem-

niunm integra millio, & ducenta quadra- ginta millia cruenta intereptione delecta sunt. Græcia tempore Plutarchi ad fuit incolis orata, ut ultra tria Virorum millia in bellum producere non poterit. Bellum Carthagenſe a Romanis gestum integræ millionis & quinquages centeno- rum millium cæde conficit. Bellum in- testinum Cæsaris & Pompei ter centena militum millia abrupit. Cæsar in bel- lis a se gestis supra millionem centena, & nonaginta duo millia interfecit. Simi- liter Pompeius in templo Minervæ scri- pturam excidit iussit, qua se jactavit vicies centena, & octoginta tria millia bello occidisse. D. 3. 17.

Tamerlanes Bajazetem Turcarum Imperatorem devicit, cæcis ducentis Turcarum millibus. T. n. 244.

In bello inter Joannem Regem Gal- liae, & Principem VValliæ tam numeroſi exercitus conflixerunt, ut in uno prælio octingenti Nobilissimi Equites Galli truci- cidati sint, ipse vero Rex Joannes in An- gliam captivus ductus sit. F. 3. l. 6. f. 201. & seq.

Rex Mogoris cum urbem Citor in re- gno Sangæ oppugnabat, incolæ ex de- speratione urbem incendunt, perierunt in igne ultra septuaginta millia. T. n. 243.

Xerxes Perſarum Rex ultra millionem, & ducenta octoginta millia militum sub signis habuit, & tamen a Leonida, qui ultra sexcentos non numeravit, victus, cæsus, & ad nihilam reductus est. D. cent. 7. c. 27.

Grando.

54. Frequens & grande malum.

**D**e grandine Ægyptiaca dicitur: *Tan- ta fuit magnitudinis, quanta nunquam apparuit in universa terra Ægypti &c.* Contra Amorrhæos misit Dominus grandinem, & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percussurunt filii Israel.

Anno 1234. in vicinia Cremonæ gran- do delapsa est magnitudinis nucis majoris? cujus globulis inferta erant verba *JESUS Nazarenus*. Schola Conimbricæ- nsis, & Olaus mentionem faciunt gran- dinis, quæ magnitudinem capitis humani æquabat.

Cum Sanctus Chryſostomus in exilium fuit pulsus grando Constantinopoli cadens lapides jactabat octo librarum. Tempo-

re Eugenii II. in Gallia frustum glaciæ & nubibus decidit quindecim pedes lon- gum &c. D. 1. 66.

*Clavio.*  
*f. 100.*

Anno 1514. Cremonæ pluit grandine magnitudinis ovi gallinacci. In septen- trione cadit nonnumquam grando instar humani capitis.

*Olaus M.*  
*l. 1. r. 22.*

Anno 1537. Bononia cecidit grando sanguine mista, cujus grana inventa sunt 28. librarum &c. C. Exod. 9. v. 18.

Godefridus ab Aſchaufen Episcopus Her- bipoleſis, cum grando omnes fere fruges perdidit, dixit, se ultimum in Deo hanc jacturam, ac se plures modios sum- menti, quam alias, in pauperes erogaturum. T. n. 90.

Cur autem justissimus Deus iram suam in innocentes fegetes, hortos, & vinea exonerat? ut puniat possessorum ingrati- tudinem, qui donis Dei ad ejus offen- sam abutuntur. Quot luxurie, quot ebrietatis, quot juramenta quotidie in cælum evitantur? Hæc omnia dein ex frigore cordium, in globulos glaciæ condensantur, & in possessiones peccatorum ex nubibus deſcendunt, ut petulantiam, quam luxu exerceverunt, fame correceatur, sicque verum fiat monitum Sapientis: Qui sursum projicit lapidem, in caput ipsius ca- det &c.

Locustæ aut alia animalcula.

55. Terribilis poena a Deo immissa.

**N**arrat Franciscus Alvarez, in Æthio- pia interdum adventasse exercitus locustarum tam grandes, ut solem obnu- bilarent, qui omnia terræ fata, fructus- que depaſcebantur. Ante adventum locustarum sol pallere, & terra flavescere in- cepit ab eo repercussam lucem e corporibus flavescendum horum animalculorum. His præviſis signis immensus erat incolaru- rum terror, tum innumerabilis locustarum exercitus per centum & viginti camporum millaria fe diffundebat &c. D. 1. 90.

In Anglia quodam anno, quo fegetes quam optime florebat, innumerabilis veni- tit exercitus muscarum, quæ una ala scri- ptam habebat voculam, *Ira*, altera *Dei*. D. 5. 54.

Potest Deus per minuta animalcula to- tas regiones & urbes devastare. Urbs ali- qua in Hispania per cuniculos verſa est, alia in Thessalia per talpas, alia in Gallia per ranas. Insula Giar in Archipelago per mures. Anisola in Italia per serpentes.

Et de locustis ait Plinius, quod tanta turba aerem pervolant, ut solem obscuro- rent, ubi in campos sedemittunt, omnia viriditatem depaſcunt. In Regione Cyre- ne, in Insula Lemno, & olim etiam Ro- mæ lege lata jubebantur subditi quotan- nis certam quantitate locustarum occide- re, & ad Magistratum deportare. Tali- bus locustarum exercitus est Dei supplicium, prout constat ex septem plagis Æ- gypti. Anno 1542. a locustarum turba, quæ ab oriente adventabat, tota fere lica- lia depopulata, omnes fruges depaſcit, & cætam cortex arborum exesus fuit. In A- frica immensus locustarum cuneus post devastatas fruges in mare præcipitavit, sed ab aquis iterum in littus ejectione tan- tum factorem excitavit, ut exorta peste odingenta hominum millia interierint. Anno 874. locustarum exercitus inunda- bat Galliam, habebat suos quasi duces, qui prævolantes veluti locum castrorum designabant, altera dein sequebatur totus exercitus tanta densitate, ut ad iu- ritum itineris spatium solem obnubilaret, & fama frugisque omnes exederet, &c. D. 3. 31.

Octava plaga Ægypti fuit locustarum, tanta multitudine, *Quantum non viderunt patres, & avi, ex quo orti sunt super terram: Impleverunt terram ita, ut non amplius appareret, devorantur omnia viriditatis, & insuper in domibus, in lectis, in cibis erant hominibus molestissimæ, & merito, ait Rupertus, ut Rex, qui cer- vicem exereat contra Deum, eam nunc subiceret his animalculis. Plinius ait, Locustas esse Deorum pestem, nam & gran- diores cernuntur, & tanto volant penarum stridore, ut alia alites cregantur, solem. que obumbrant &c. C. Exod. f. v. 1. seq.*

Locustas comederunt Judæi & aliæ gen- tes, sed puto non nisi tempore famis. Sunt autem cibus perniciosus, vitam abbre- viant, & gignunt morbos. C. Lev. 11. v. 22.

Formicæ.

56. Grandia mala causant.

**L**audabile alias animal, nonnumquam instrumentum ad puniendos homines fuerunt. Teste Petrarca horrea, ac promptuarium depopulantur, Castrum in finibus Pisanis, & aliud in Vicentinis ex formicarum scatebris desertum fuit: hominem ex integro consumpserunt, ex rapto virunt, & ideo a Scalligero na- turæ

tura peccatum vocatur. VV. art. difc. font. 49. ex 4. Tantus fornicarum terror barbaros quosdam invafit, ut patriam defererent. Infula Ifabella & Quiloa, ac Trapobanes plurimæ civitates propter fornicias deferta funt. Conterebra Hetruriz oppidum a fornicis everfum eft. *Ibid.* Quin imo integras interdum provincias depopularunt fornicæ, cum foiffet illarum exercitibus utitur Dominus exercituum ad feclera mortalium plebenda; Brallii fornicias fuas appofitis cibariis placare folent; fundamenta enim marorum februant, per cuniculos irumpunt, trabes corrodunt, murosque ipfos peterebrant, ut necesse fit contra illas ferventi aqua, cinere & oleo pugna-re. *Ibid.*

Solimus, Plinius de aliis fornicis memo-rant, quæ magnitudine canes æquant, fuffo colore infat felium, unguibus armatos habent pedes, in montibus venas & arenas aureas effodiunt, easque in agrum proferentes custodiunt. Quod si Indiani aurum ipsis suffurari præsumunt, fures inferuntur, & jugulant, ac dilaniant. Verum his paradoxis non indiget Deus ad puniendam crimina! per animalcula minutiffima innumerabili multitudine multiplicata, potest integras ubes ad vastitatem redigere. D. 10. ca. 7. 4.

Difce peccator ex hac pena Dei potentiam, & fuam infirmitatem: Potentiam Dei, qui minutiffima animalcula pro flagello feclerum utfurare potest: Suam autem infirmitatem; si enim integra municipia, & communitates imbellibus minutis resistere non valent, quomodo resistunt leonibus, urtis, & rabidis canibus, quos Deus in vindictam cristanum armare, & immittere potest? &c.

MISERICORDIA DEL

57. Magna est erga peccatores.

DEus eripuit Abrahamam ex igne Chal-dæorum, Lotum ex incendio Sodoma; tres pueros ex fornace Babylonica; Sed hoc fecit amicis: nonne mirabilis est, quod inimicum videlicet peccatorem eripiat ex infernali igne? Hinc David ad laudandam misericordiam Dei invocat ipsam misericordiam: *Confitear Domino miserationes ejus &c.* Quia nihil majus in laudem Dei evocare potest. B. Serm. 1. n. 6.

Quis inter homines offensus offendentem invitat ad veniam? & ecce! ait S. Greg. *Ipse quem despectimus vocat nos.* B. Ser. 7. n. 13. Item Ser. 12. n. 3.

Si homo haberet omnia totius mundi delicta, ea tamen omnia penitentium in momento remitteretur a misericordia. B. Serm. 10. n. 5. & seq. Item Ser. 49. nu. 17. Item Ser. 62. n. 37.

David ad mortem quasvis ab Absalone rebellis filio nihilominus curam illius habet. Ita Deus peccatorem rebellem filium saluum vult. B. Serm. 21. n. 40. & seq.

Misericordia Dei pene fidem superat: Querit olim Petrus, quoties peccata dimitti possint, forte usque septies: sed responsum recepit non dico tibi septies, sed usque septuagies septies: numerus finitus non infinito. Quo audito accedunt discipuli ad Christum: *Domine adauge nobis fidem &c.* S. pun. 27. f. 100. & seq.

Quam amanter recepit parens ille filium prodigum, tam amanter recipit Christus peccatorem conversum. S. pun. 26. f. 116. & seq.

Saulus persequens Ecclesiam, item mulier Chananza, quam amicalibatur a Deo, fuerunt recepti! S. pun. 131. fol. 409.

Judam proditorem blandissime alloquitur, ut eum convertat. S. pun. 6. de Pass. Dom. f. 572. & seq.

Tanta est misericordia, ut illa possit peccatorem quasi jure præteri: nam S. Job ait: *Cur non tollis peccatum meum!* ubi S. Cyrillus, itane criminis loco Deo impingis, quod non miseretur? etiam inquit: Cum enim Deo proprium sit misereri, cur non & mei rationem habeat? S. punct. 30. fol. 709.

Si homicidam convictum aliquis princeps conlonato feclere reciperet in suam gratiam, ac familiaritatem, utique foret magna clementia? In terra non est similis princeps, sed in celo, qui peccatorem in intimum amicum recipit: Tertullianus exclamat: *Inauditum misericordie genus est, quod cum summo Dominus jure misericordiam, & veniam negare possit, non modo non negat, sed ipse etiam rogat, & minetur, nisi ad eum revertaris.* A. 1. lect. 2. n. 24.

Quandiu Christus in terra ambulabat, ut plurimum verlabatur apud peccatores. Cur? sicut magnes amat ferrum, ita ille peccatores: Ita Concilium Ephesinum: *Inexhausta Christus misericordia, & Sympa-*

Cari- tatis ephe- v.

Chry-

Chryostomus ait: *Impius es? Magis tibi proponet raptor es! publicanum cogita! impius es? animo tuo meretrix se obicit &c.* S. Bernardus tres gradus misericordiz enumerat: 1. Cum tardat ferire Deus. 2. Cum dat gratiam respicientia. 3. Cum peccati jugum a conscientia excutit. C. Exod. 34. v. 6. seq. Item 1. Petr. 1. v. 3.

58. Peccatores vocat variis modis.

Ad vocationem peccatorum quasi convocant sapientiam, & potentiam. *Qui vocat aquas mari &c.* Per varios terra matus. Quare? S. Hieron. ait: *Vocat amaras, ut dulces fiant.* B. Ser. 1. n. 10.

Beneficia, quibus afficit peccatores, non sunt nisi mera illicia ad penitentiam. Hinc S. Laurent. Just. ait: *Qui verbis explicet, quanta quotidie peccatoribus Deus beneficia conferat?*

Blanditiis allicit, muneribus onerat, & premit flagellis, exhortationibus vocat, & vocat indulgentia. &c. B. Serm. 52. n. 5. & seq.

Multus est ad ignoscendum. Quare multus? quia, ut peccatores trahat varias formas assumit, infantis, peregrini, hortulani &c. S. pun. 26. fol. 112.

S. Propter varios modos enumerat, quibus Deus peccatores vocat, nempe suadendo exhortationibus, monendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inspirando consilium, cor ipsum illuminando, & fidei affectibus imbuedo. &c. S. 155. f. 501.

Divina Misericordia multipliciter pulsatur cor peccatoris. 1. per illuminationem intellectus, & impulsum voluntatis, immitendo timorem gehennæ, spem, & desiderium celestium. 2. Per sacram Scripturam, & pios libros. 3. Per sacros predicatores & monitores. 4. Per exempla Sanctorum. 5. Per abyssum iudiciorum Dei. 6. Per beneficia collata. 7. Per ad- veritates. 8. Per miracula. C. in Apoc. c. 2. v. 20.

Palmitem non ferentem fructum abscindet, & in ignem proiciet: Ferentem autem fructum purgabit, ut fructum plus afferat. Falx autem seu culter, quo Deus fides, tanquam palmitem purgat, est, 1. Verbum Dei, de quo ait: *Lux vos mundi estis propter sermone, quem locutus sum vobis.* 2. Sant tribulationes, paupertas, fames, hæ enim ab amore mundi nos avocant. 3. Illustri-

aciones, terrores, increpationes, quas Deus fidelium mentibus immittit. Sic a Deo increpitus fuit S. Hieronymus, imo vulpulari, quia libentius Ciceronem, quam Sacram Scripturam leditabat. Acriter a Christo reprehensa fuit S. Catharina Senensis, ob levem in oratione distraditionem, qua adeo illa erubuit, ut diceret, imalle fe coram toto mundo confundi, quam itenim similem castigationem subire. C. Jo: 15. v. 2.

59. Vocat peccatores, etiam relucantes.

Christus Dominus, cum Apostolis dedit potestatem remittendi peccata, *injusti- fuit?* Cur per aerem, & non per ignem dedit illis Spiritum Sanctum: ratio delimitur ex Aristotele: *Lux tantum per aerem feritur: aer nullo impedimento ar- cetur.* B. Serm. 1. n. 23. Item Serm. 21. n. 40. & seq.

Longius crudelissime fuciat Christum, & pro mercede fidem, ac salutem recipit. B. Serm. 52. n. 17.

Quod Deus peccatores vocat ad veniam, miratur Tertul. inquis: Inauditum Misericordiz genus, summo cum jure veniam negare posse, & non solum non negare, sed rogare, sed minari. S. pun. 25. fol. 103.

S. Chryostomus miratur misericordiam exhibitam Saulo Persecutori, alisque peccatoribus. S. punct. 131. a fol. 409.

Quamprimam Christus in mundum venit, statim peccatores vocavit: Primo nempe magos: deinde publicanos, dein meretricem, dein latronem, blasphemum &c. S. punct. 131. f. 409.

Quidam Pantominus in eremum fecerit, sed a socio persuasus ab antro exiit, & socio sub spe aræ, quod abbat fe oblitum fuisse, persuadet, ut in speluncam ingrederetur. Ingressum obvoluto saxo includit: Iste primo quidem in furias adus, sed dein solitudinis amantissimus, & sanctus penitens effectus fuit. R. cent. 2. part. 2. mir. 5.

Cum filius-familias ad iterata parentis monita obolitente fe subicere recusat, tandem verberibus, fame, inedia, & carcere compescitur: Ita Misericordia Dei, si apud refractarios peccatores nihil efficit, invocat justitiam, & quem amore trahere non poterat, vi compellit.

do. Mi-